This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gl
23
334

Gl 23.334 Bd. May, 1891.

VE RI TAS
SIGILLUM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE

Harvard College Library

FROM

The Museum of
Comparative Zoölogy.

31 Dec. 1890.

Phil. lol

De Luciani re metrica.

Dissertatio inauguralis philologica

quam concessu et

auctoritate amplissimi philosophorum

in

Academia Christiana-Albertina Kiliensi ordinis

ad

summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Fridericus Friedrichsmeier
Siebenhofensis.

Kiliae Holsatorum.
Typis Frid. Scheel Cassellani.
MDCCCLXXXIX.

Gl 23.334

Harvard College Library,
21 Dec, 1890.
Gift of the
Museum of Comp. Zool.

Nr. 16.
Rectoratsjahr 1889/90.

Imprimatur: Dr. **G. Glogau,**
h. t. decanus.

Tragodopodagram et Ocypodem, scripta illa poetica sub Luciani nomine tradita ab hoc ipso conscripta esse longe plurimi viri docti pro certo habent. Sunt tamen, qui ea in dubium vocent, alii quidem unum Ocypodem, alii utrumque; quam sententiam etiam M. Rothstein amplexus est, qui nuper (Berolini 1888) editis Quaestionibus Lucianeis p. 38 haec opuscula iis attribuit, quae propter dicendi genus a Luciano alienum aut alias causas certe excludenda videntur. Conicit praeeunte Sieversio (Leben des Libanius p. 138) Ocypodem illam Acacii comoediam esse de podagra scriptam et Libanio amico missam (Liban. epist. 1380). Sed ex epistola Liban. 1380 ipsa hoc conici non posse mihi videtur. Si Acacii comoedia eadem esset atque Luciani libelli, certe apud Libanium unum e multis cognominibus reperiretur, quae apud Lucianum podagrae attribuuntur. Sed *βασιλίς* apud Libanium nominatur podagra atque hoc ipsum nomen nusquam habemus in nostro libello, qui podagram *θεάν*, *δέσποιναν*, *ἄνασσαν* appellat. Mea quidem sententia adhuc nemo originem Lucianeam refellit. Difficile quidem est, eum qui pro suppositis libellos habet, contrarii convincere, nam alia quae in auxilium vocare possimus, poetica Lucianea non extant; epigrammatum enim rationem habere non possumus, cum de nullo fere satis constet, utrum Lucianeum sit necne. Dicendi autem genus a pedestribus Luciani scriptis non abhorret nisi quantum interesse inter orationem poeticam et solutam necesse est. Iniustissime autem iudicant, qui unum Ocypodem a Luciano alienum esse contendunt. Si Tragodopodagra, etiam Ocypodem Lucianeum esse demonstrat metrum, quod ad hanc quaestionem diiudicandam maximi momenti esse apparet. Discrimina enim metrica fere nulla sunt, nisi quod in Ocypode cantica non leguntur, in componendis autem trimetris, qui etiam in Tragodopodagra longe praevalent, uterque libellus easdem fere leges metricas sequitur. Inter eos, qui utrumque libellum esse vere Lucianeum putant, gravissima argumenta protulit Carolus Frid. Hermannus, qui in praefatione versionis suae (Lucians Schnellfuss oder die Tragödie vom Podagra.

Göttingen 1852) brevem sed doctam et prudentem quaestionem de hac re instituit. Contra Paulyum et Planckium contendit duo haec opuscula unum esse, finem Ocypodis cum initio Tragodopodagrae coniungendum esse. Quae opinio, defensa illa quidem a Wetzlaro in dissertatione de Luciani vita, aetate et scriptis (Marburg, 1834) mihi quoque valde probabilis videtur. Iam qui Hermanni versionem legerit, — si controversiam ipsam ignorat — vix dubitabit, quin de uno opusculo agatur. — Argumentum Ocypodis hoc est: Podagra dea Ocypodi dicenti plane nihil esse morbum illum, irascitur et per pedes in eum irruit. Ocypus, qui nescit unde dirus dolor in pedes intrarit, educatori suo causam quaerenti argutatur se currentem pedem luxavisse; cum dubitet senex, Ocypus se luctatum dum voluerit inserto pede ferire, percussum esse simulat. Tales sermones dum habentur, medicus advenit, cui amicus rettulit Ocypodem nobilem pede et solutis gressibus laborare. Medicus cum de vera doloris causa celetur, secando sanguinem exhaurire vult, sed quominus faciat, ab educatore impeditur: mendacia ei dicta esse, nec enim luctam vel cursum, quod indicet, exercentem ictum esse Ocypodem. Probe quidem valentem domum venisse, tum bene saturatum affatimque potum dormiisse, nocte autem somno excussum cito velut divinitus ictum exclamasse et per totam noctem pedem deplorasse. Ex quaestione iterum habita medicus cognoscit Ocypodem e podagra morbo laborare, cui ipse mederi non possit.

Tragodopodagrae argumentum est:

Podagricus in scaenam prodit et maledicta confert in podagram. Chorus deinde podagricorum querelas agit. Podagricus ille, qui audit, interrogat, quisnam deus sit vel quaenam dea, quam canant? Cognoscunt autem ipsum esse socium dea dignum. Sequitur chori laudatio in deam. Podagricus autem in initiatos mystasque deae receptus simul cum iis hymnum deae incipit. Tum podagra ipsa apparet laudans, se unam omnium deorum dearumque reginam esse. „Honorate“ ait „hymnis insuperabilem deam“. Quo facto nuncius redit, quem dea miserat visurum, si quis vim dominae neglegat. Refert nuncius neminem non agnoscere deam omnipotentem nisi duos viros Damascenos, qui audaciae pleni dicant populis se de vita hominum eam facturos esse exulem. Sed etiam hi duo medici Doloribus coacti deae potentiam concedunt eamque solam deum invictam laudant. Finitur drama hymno in deam. — Manifestum est haec duo argumenta optime coniungi, si modo Ocypus Tragodopodagrae anteponatur. Ocypodis

finis bene se applicat ad initium Tragodopodagrae. Ocypus per Soterichum persuasum habet se laborare insanabili podagra. Quod quomodo magis elucet, quam si ut podagricus podagrae maledicat? Quibus maledictis incipit Tragodopodagra. Revera Ocypus sine Tragodopodagra certo fine caret, Tragodopodagra sine Ocypode certo initio. Quod autem hic praeparatum est, id ibi ad bonum finem perducitur eo, quod Ocypus, qui in Tragodopodagra Podagricus appellatur, in mystas deae receptus cum iis hymnum ad dominam solam omnipotentem honorandam incipit. Etiam alia re Hermanni sententia probatur. Nam quae in omnibus libris Ocypodem antecedit hypothesis, sive ab auctore ipso conscripta sive posterioris aetatis additamentum est, certe ad Tragodopodagram quoque pertinet, cuius personae in fine hypotheseos comprehenduntur. Immo! duae personae in hypothesi nominantur, quae ne apparent quidem in Ocypode sed in Tragodopodagra demum reperiuntur, Dolores et Nuncius. Fere idem cadit in chorum, de quo in hypothesi ita agitur: *ὁ δὲ χορός συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων ποδαγρῶν, συνελεγχόντων τὸν Ὠκύπουν.* Sed chorum non in Ocypode sed demum in Tragodopodagra habemus. Itaque mihi quidem persuasum est duos libellos unum efficere. Quamquam concedo mirum esse quod in Ocypode unus aegrotus est, cum in Tragodopodagra duo medici eodem morbo corripiantur; id quod etiam Planckius contra C. Fr. Hermannum attulit. Sed recte hic monuit in praefatione versionis suae p. 4 et 5: „Aber wenn die Idee des Ganzen die ist, die unwiderstehliche Macht des Podagra zu zeigen, so kann diese wohl auch an zwei Beispielen geschildert werden, und im schlimmsten Falle bliebe uns noch immer die Berufung auf Euripides übrig, der ohnehin in dieser Humoreske vorzugsweise parodirt ist und von dem wir wissen, dass mehr als eins seiner Stücke aus zwei scheinbar ganz getrennten Handlungen zusammengesetzt war. — Die beiden Ärzte stehen in einem sehr charakteristischen Gegensatze zu dem Soterichus des Ocypus: dieser ist der rationelle Arzt, der, sobald ihm des Übels wahrer Sitz klar geworden ist, sofort die Unheilbarkeit desselben erkennt und dadurch dann auch die Ergebung seines Patienten und damit die folgende Linderung bedingt; jene erscheinen als marktschreierische Empiriker, deren Bestrafung wieder mit dieser Linderung den ergötzlichsten Contrast bildet; und so erhalten wir erst durch die Verbindung beider Hälften das freie Spiel der Gegensätze vollständig, das uns in einer jeden von beiden allein betrachtet zwar angelegt, aber unver-

mittelt entgegentritt.“ Quamquam quidem, quod ad locum et tempus actionis attinet, fortasse quispiam, si quaesiverit, nonnullos exigui momenti hiatus invenire poterit, hi tamen in carmine tam faceto atque iocoso, quod recte nominat Hermannus „leicht hingehauchtes Capriccio“, eo minus offendunt, cum similes compositionis lapsus etiam in singulis partibus occurrant. Ita in Tragodopodagra iam inter primam et alteram Podagrici orationem asperitas quaedam cernitur; deinde Podagricus in Tragodopodagra semper sine educatore est, qui in Ocypode primas fere partes egit. Sed tenendum est Lucianum maxima ex parte in componendo hoc dramate secutum esse rationem Euripidis illam implicatam, cuius verba et versus parodiae lusu magna ex parte ad aliud quoddam idque persaepe ridiculum argumentum detorsi sunt. Etiam initium vere Euripideum, prologi forma deest, duabus partibus divisis, non desideratur, si, iis in unam contractis, Ocypodem Tragodopodagrae anteponimus, nam Ocypus prologum optimae formae Euripideae nobis praebet, cui bene respondet locus ille communis item vere Euripideus in fine Tragodopodagrae: *πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων κτλ.* cfr. Eur. Alc. 1161 sq., Androm. 1260 sq., Bacch. 1341 sq.

Priusquam autem ad rem metricam ipsam transeamus, de codicibus nonnulla praemittamus necesse est. Etiam magis quam in pedestria mala codicum condicio in poetica scripta cadit. E magna enim codicum multitudine haud pauci ea omnino non continent; ex iis qui continent, multi mutili sunt, alii initio, alii in fine, alii utroque loco. Alii codices alia damna passi sunt. Nonnullorum enim secundae classis codicum totae partes perierunt et postea demum additae sunt. Ita in codicem Palatinum 73 scheda una inserta est, in qua pars Tragodopodagrae perscripta est. In medio Ocypode desinit Cod. Vaticanus 89, qui descriptus esse videtur e codice illo secundae classis melioris notae Vaticano 90 *Γ*. Neque aliter res se habet in prioris familiae codicibus. Quod dolendum est ne nunc quidem de lectionibus bonorum codicum satis constare, id potissimum in Tragodopodagram et Ocypodem cadit. Quin etiam e parte nescitur, quorum codicum singulae lectiones sint. Nam confer quae in praefatione editionis Didotianae Parisiis 1840 foras missae leguntur: „In Tragodopodagra et Ocypode multum profuit varia scriptura codicum trium in ipsius usus collatorum.“ Nomina horum trium codicum in medium non proferuntur. Et Jacobitzius „ad poetica“ ait „Luciani scripta quod attinet, in his non eodem quo in pedestribus scriptoris libris prospero fortunae

flatu usi sumus, quum unum tantum codicem scriptum Vindobonensem a nobis litera K insignitum, in Tragodopodagra emendando in auxilium vocare potuerimus". Recte autem pergere mihi videtur verbis his: „At hoc non magnum rei attulit detrimentum; neque enim, ut multis edocti indiciis scimus, multum ab libris scriptis in Tragodopodagra et Ocypode auxilii exspectari potest, quum iis locis, ubi vel maxime ex illis libris medicina petenda est, nos destituant." Nam ego quoque, quam recte haec dicta sint, ex aliqua parte expertus sum. Per benevolentiam enim Rich. Foersteri ad manus habui partem (v. 1—154) Tragodopodagrae collationis codicis Vaticani A 87 factae a Julio Sommerbrodtio. Sed hae paucae lectiones demonstrant, etiam ex illo codice exiguum admodum fructum percipi posse, si quidem statuere licet, quod de versibus 1—154 valeat, idem cadere etiam in reliquos. Est quidem Codex 87 A egregius, quin etiam Rohdio et Fritzschio iudicibus optimus atque etiam in Tragodopodagra permultis locis scripturas praebet bonas; sed iis ipsis locis, ubi auxilium desideramus nos destituit. Nostro igitur iure conicere possumus hac in re inter meliores codices fere consensum esse. Cum autem in Luciani poeticis persaepe sententia non minus quam metrum claudicet, apparet, etiam ad metri observationem, quae in emendandis et sanandis versibus depravatis plurimum valet, e codicibus denuo collatis magnum quidem fructum percipi non posse. —

Atque haec quidem hactenus.

Scripta autem ipsa, quamquam, si dictionis genus et verba sententiasque respicimus, a colore tragico, a tragoediae imprimis Euripideae gravitate et cothurno non abhorrent, tamen propter metrum et numeros ad comoediae potissimum argumentum et soccum spectare nos non fugiet. Poeta in oeconomia scaenica tragoediae rationem sequitur, sed quodam quasi parodiae lusu ad iocum detorsit, metro comoediae proprio tragoediae parodias inclusit. In trimetris iambicis, quibus versus suos composuit (in lyricis quidem partibus aliis metris usus est) tragici senarii severitatem Lucianus reformidat, cum leges numeri quasdam, quibus religiose sese obstrinxerunt tragici poetae, laxius servans, tum frequentius admittens longarum syllabarum solutiones, imprimis autem anapaesto, cuius usus apud tragicos angustis finibus circumscriptus est, multo plus praebens spatii.

Sed quasnam artis metricae leges Lucianus secutus sit quatenusque comicorum usum suum fecerit, huic rei, quantum equidem

scio, ad hunc usque diem nemo vir doctus operam dedit.[1]) Plane autem falsum est, quod de hac re observavit Kockius (Mus. Rhen. vol. 43, p. 30 et 31), cuius in disputatione praeter alia, quae probari non possunt, id gravissimum est, quod non modo Lucianum potuisse versus componere negat, sed contendit, eum ne potuisse quidem illa aetate studio cognitionem sibi conciliare legum metricarum in trimetro iambico observandarum. Neque minus falso iudicare mihi videtur vir doctissimus de singulis illis locis, quos in medium profert ut vitiis metricis affectos. Nam quod in aliorum scriptorum velut tragicorum operibus accidisse compertum habemus, ut codicum antiquissimorum scriptura vel corrupta vel manca ab incautis librariis vel correctoribus in ordinem qualemcunque redigeretur et interpolaretur, idem Luciani operibus atque imprimis his ipsis poeticis accidisse cum iis, quae ante dixi, tum Rothsteini dissertatione satis explicatum est. Kockius fatorum operum Lucianeorum nullam rationem habuisse videtur. Car. autem Frid. Mueller in commentatione „de pedibus solutis in tragicorum minorum trimetris iambicis“ conscripta Luciani nullam mentionem fecit. Attamen eius poetica, ut opera hominis tanti ingenii tantaeque elegantiae dicendi valde digna videntur, quae accuratius pervestigentur. Nam Lucianus in pedestribus scriptis, imprimis in Timone, in deorum dialogis, multis aliis, dramaticas res tam eleganter paene sub conspectum subicit, ut re vera operae pretium sit diligentius quaerere, quomodo fabulas versibus incluserit et quemnam in arte metrica exemplar sibi sumpserit. Quod ego demonstrare mihi proposui.

Ac primum quidem dicam de senariis eorumque pedibus solutis, qui pro meris iambis vel spondeis in Luciani versibus leguntur, deinde de canticorum metris. Epigrammatum rationem non habebo ea de causa, quod permulta eorum, quae Luciano adscribuntur, aliis auctoribus attribuenda esse puto.

[1]) Quae Studemundus de hac re cum philologis Turici anno 1887 congregatis communicaverit, quoniam typis mandata non sunt, nescio.

Pars I.

De iambicis senariis.

Caput I.

De tribrachis.

Iam Archilochum, Solonem, Semonidem, veteres illos iambographos non semper puros senarios scripsisse, sed ad licentias quasdam confugisse constat. Sed nondum usque eo quo poetae tragici varietatis numerorum processerunt. Nam duas tantum sibi permiserunt licentias, alteram, ut in imparibus, qui dicuntur, senarii locis spondeum admitterent, alteram, ut pro iambo tribrachum, quippe qui, cum eundem quem iambus morarum numerum habeat, facile cum eo coniungeretur, substituerent. Atque ne has quidem saepius. Sed iam poetae scaenici, quos rarissime tantum adhibuisse in dialogis versus ex meris iambis compositos, sed in primo, tertio, quinto trimetri loco saepe spondeos admisisse notum est, tribrachos ita frequentabant, ut in omnibus senarii pedibus, si excipis ultimum et quintum, in quo est rarissimus, comparerent. Sed cum etiam illi in hac solutione adhibenda inter se differant, iam cognoscamus usum tribrachorum Lucianeum.[1])

Hoc loco mihi praemittendum esse censeo, quod observavi comicos minores in pedibus solutis ab Aristophane non discrepare: omnes solutiones quae qualesque in comicorum minorum fragmentis inveniuntur, etiam apud Aristophanem extant. Itaque in

[1]) Sequar in exemplis solutionum tragicorum cum Luciano conferendis:
C. F. Mueller: De pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Gott. 1866.
C. F. Mueller: De pedibus solutis in tragicorum minorum trimetris iambicis. Kil. 1879.

comicorum:
Widegren: De numero et conformatione pedum solutorum ni senariis Aristophanis. Upsaliae 1868.

hac disputatione, si de comicis agitur, suis quaeque locis verba de uno Aristophane fiant liceat.

Ac primum dicam

§ 1.

De tribrachis in prima senarii sede admissis.

Omnino praebet poeta noster 69 tribrachos, quos in singulos pedes ita distributos videmus, ut reperiantur

in primo 6:	T.	(= Tragodop.) 126, 174, 184, 251, 253.
	O.	(= Ocyp.) 18.
in altero 25:	T.	139, 140, 146, 162, 173, 180, 221, 223, 225, 230, 233, 245, 246, 248, 249, 256, 259, 260, 295, 306, 308.
	O.	102, 135, 158, 171.
in tertio 21:	T.	174, 184, 187, 231, 237, 264, 267.
	O.	27, 36, 42, 43, 45, 49, 70, 76, 107, 112, 124, 131, 142, 154.
in quarto 16:	T.	20, 152, 168, 174, 217, 229, 285.
	O.	24, 51, 70, 96, 100, 105, 140, 152, 164.
in quinto 1:	O.	52.

Quibus cum numeris si usum tribrachorum apud tragicos tres illos principes et apud Aristophanem comparamus, Lucianum cum omnibus congruentem videmus tribracho rarissime in quinto pede adhibito. Apud Aeschylum et Aristophanem plurimos tribrachos habet pes quartus, apud Sophoclem primus, apud Euripidem, qui ceteris in rebus maxime cum Aristophane congruit, pes alter, quod idem apud Lucianum obviam fit. Praeterea e comparatione facta apparet poetam nostrum plures ex uno vocabulo constantes tribrachos habere non in prima, ut tragicos, sed in ceteris sedibus vel maxime in altera, ut Aristophanem, in tertia autem et quarta duabus vel tribus vocibus eos esse compositos. Nullum nisi unum tribrachum e duabus vocibus formatum habemus in pede quinto.

Iam ad singulos pedes nos convertamus.

In primo trimetri pede octo diversae tribrachi formae cogitari possunt, e quibus apud Lucianum adhibita cernimus haec:

1) Generis apud omnes usitatissimi, quod praebet tribrachum trisyllabo vocabulo integro effectum, exempla apud poetam nostrum habemus in duobus versibus, in quibus trisyllabi aoristi, qui dicuntur, secundi tribrachyn formant:

T. 126 ἔλαθον, 253 ἔθανε.

2) Unus est locus, quo constet tribrachys e tribus prioribus syllabis vocabuli tetrasyllabi:

T. 251 ἐδάμασα

quo loco apparet, quod apud Sophoclem et Euripidem factum esse videmus, in voce quadrisyllaba in initio versus posita accentum vocabuli et versus concidere, qua ratione expeditior syllabarum, quae tribrachyn efficiunt pronuntiatio fit.

3) Quod Aeschylus et Sophocles nusquam, Euripides non nisi in iis fabulis, quas breviter liberiores dicere liceat, fecit, ut in primo senarii pede tribrachyn admitteret e duobus tribusve vocabulis compositum, id in Luciani versibus nonnullis apparet:

O. 18 ὅτι τόν

tribrachyn duobus vocabulis conformatum invenimus. Cuius solutionis etsi extant duo exempla apud Euripidem, tamen tribrachys ita conformatus legibus a tragicis servatis repugnat, nam Euripidis exempla leguntur in fabulis posterioribus, in quibus iam molliorem et liberiorem numerorum modum adhibuit, a pristina illa gravitate valde aberravit et comicorum doctrinam metricam magis secutus est quam tragicorum. Multis autem locis vocabulis bisyllabo et monosyllabo efficitur in primo pede tribrachys apud Aristophanem, ut Ach. 754 ὅκα μέν; Eq. 1336 ὅσα με; aliisque locis quos vide apud Widegrenum p. 3. Praeterea semel e bisyllabo vocabulo et monosyllabo compositus est tribrachys in fab. sat. Pyth. 1,11: ὅτε μέν.

4) Non multum distat ab hac solutionis forma, si tribrachys vocabulo bisyllabo et prima syllaba sequentis conformatus est. Huc non refero versum T. 184, quem praebent codices:

ὅταν ἐπὶ λουτρὰ φερόμενος βαστάζεται,

quae forma tribrachi etiam apud Aristophanem est rarissima, sed malim [1]) cum Guyeto legere:

ὅτ' ἐπὶ τὰ λουτρὰ φερόμενος βαστάζεται.

Solutionis ὅτ' ἐπί genus cum apud tragicos, tum saepius apud Aristophanem habemus, ut Vesp. 818 ἕν ἔτι, 1426 σὺ λέγε etc.; cfr. Widegren p. 3.

5) Semel ita compositus est tribrachys, ut thesis efficiatur articulo, solutae arseos mora altera e monosyllaba voce, altera e prima syllaba longioris vocabuli, quod sequitur:

T. 174 ὁ δὲ θεραπείαν.

---

[1]) Etiam in versu O. 127 ὅταν ἀφορμῆς δίχα πονῇ τις τὸν πόδα cum coniunctivo ὅταν legitur.

Etiam haec licentia solvendi apud tragicos est rarissima: Aeschylus nusquam eam sibi sumpsit, Sophocles semel Phil. 601 τίς ὁ πόθος, Euripides ter (cfr. Stoppel: Quaest. de Gregorii Nazianzeni poetarum scaenicorum imitatione et arte metrica Rostochii 1881 p. 22). Quibus quattuor locis verba arcte inter se cohaerent. Sed Lucianus ne hanc quidem tragicorum legem sibi posuisse videtur; etiam hac re eum animadvertimus vestigia prementem Aristophanis, apud quem leguntur tribrachi e duobus vocabulis monosyllabis et initio verbi proximi compositi cum alii tum hi:

Vesp. 1124 ὅθ' ὁ βορέας;
Thesm. 456 ἅτ' ἐν ἀγρίοισι; 631 τί δὲ μετά;
Eccl. 231 τί ποτ' ἄρα; 474 ὅσ' ἂν ἀνόητ'.
(vid. Widegren p. 4.)

Videmus igitur, Lucianum quamquam sex tantum exempla praebeat adhibitorum tribrachorum primae senarii sedis, tamen ex octo quae cogitari possunt generibus adhibuisse quinque, quae omnia reperiuntur apud Aristophanem, qui quidem aliud alio parcius admisit neque ab ullo prorsus genere abstinuit. Lucianum igitur in singulis primae sedis efficiendis tribrachis liberius quam tragicos versari, sed licentiae modum Aristophanis non excedere cognovimus.

§ 2.

De tribrachis in altera senarii sede adhibitis.

Cum primi pedis vocabula ad alterum porrigi possint facile intellegitur, in altera senarii sede propter maiorem numeri varietatem et copiam tribrachorum maiorem esse quam in prima. Atque quod observavit Mueller (de ped. solut. in Aesch., Soph., Eurip. sen. § 17,3) in altera, tertia, quarta senarii sede longe frequentissime tribrachos ita esse formatos, ut thesis exprimatur ultima vocabuli syllaba (vel monosyllabo, quod arcte cohaereat cum proximo) arsis soluta duabus eius quod sequatur, id etiam de Luciani versibus valet, cum 25 pedis alterius in tribrachyn soluti exemplorum 20 hanc praebeant rationem solutionis.

1) Ac primum quidem extrema vocabuli syllaba et prioribus eius quod sequitur, efficiuntur tribrachi:

T. 139 οἶδε ποδάγραν (cfr. excursum), 140 οὔτε λιβάνων, 162 ἄλευρα κυάμων, 173 Ἰουδαῖος ἕτερον, 248 τολμᾶτε Ποδάγρας (cfr. excursum), 230 ἔσυρεν ὀπίσω, 259 ἐπείπερ ἔπεσε, 295 ἄϊστος ἀφανής, 306 ἄλλο δύναται, 308 παύσασθε, βάσανοι.
O. 171 ὁποῖα Σάτυροι.

Ita et tragici et comici saepissime iambum huius pedis solverunt.

2) Fere idem numerus est eorum tribrachorum, quorum solutam arsin prioribus vocis syllabis expressam antecedit thesis monosyllaba voce effecta.

T. 146 γὰρ ἐφύη, 221 μὲν ἔλιπον, 223 με δέχεται, 233 με δέχεται, 246 σὲ μιαροί, 249 ὁ Κρονίδας (vid. excursum).
O. 102 γὰρ ἔκλυες (vid. excursum), 135 μὲν ὄνομα, 158 γὰρ ἀφανῶς.

Omnibus his locis thesis particula vel pronomine enclitico cum voce antecedente arcte ligando efficitur. Et tragici et comici hanc solutionis formam praebent. Etiam Aristophanem in hoc tribrachorum genere saltem plerumque thesin exprimere particulis vel pronomine indefinito vel formis nonnullis encliticis pronominum personalium, quae cum antecedentibus arcte cohaereant, nonnunquam tamen etiam articuli formas et vocabula qualia μά, ἐν, ἅ, λέγ', δέχ', adhibita esse, exposuit Widegren p. 8.

Apud tragicos minores invenimus quattuor tantum particulas, quae thesin efficiunt: τε, δέ, μέν, γάρ. Loci, quos Muellerus p. 6 in medium protulit, sunt hi:

τέ: Ion. frgm. 231 (fab. satyr.)
Agathon. 4, v. 2 et 5.
Chaerem. 14, 13 et 17,2.
δέ: Critiae frgm. 5, 1.
Chaerem. 14,16.
Theodect. 6, 3.
Praeterea:
Lycophron Alexandr. 874 et 1204.
Ezechiel 28, 56, 64, 149, 161; — abhorret autem 167: ἐς ἴδιον, ubi ἐς pertinet ad vocem sequentem, sed Ezechielem aliquanto neglegentiorem fuisse in componendis senariis quam ceteros poetas Alexandrinos tenendum est.
μέν: uno tantum loco Carcin. 4, 1.
γάρ: uno tantum loco Theodect. 13, 1.

Pronomina autem ut apud Lucianum, Aristophanem ceterosque comicos, apud tragicos adhibita non reperiuntur.[1])

3) Si tribrachys in altero pede continetur vocabulo integro trisyllabo, versus haud eleganter inciditur, quare hoc genus rarius esse adhibitum non mirum videtur. Huiusmodi tribrachi ab Aeschylo fere ubique vitati sunt, raro adhibiti a Sophocle, saepius in iis demum Euripidis fabulis, quae maiore in metro tractando incuria compositae et comoediae legibus metricis quam tragoediae propiores videntur, dico Iphigen. Aul., Bacch., Helen., Phoen., imprimis autem Cyclopem, in qua, ut in dramate satyrico, longe liberrima est ars metrica poetae, ita, ut — id quod saepenumero observabimus, — fere comoediae numeros legesque adhibuerit.

Comici poetae ab hoc solutionis genere non abhorrent. Apud Lucianum unum talem versum habemus:

T. 260 *ὅμως ποδαγρὸς ὢν καὶ πονῶν ἦρχε στόλου,*

ubi tribrachys alterius pedis integro vocabulo *ποδαγρός* formatur. Si vocem *ὢν* omitteremus cum editione principe a, quae prodiit Florentiae 1496, haberemus trimetrum sine ulla solutione, *δα* syllaba per *γρ* vocis *ποδαγρός* producta (vid. excurs.), sed etsi haec scriptura usui Luciani non obstaret, propter concinnitatem *ὢν* retinendum esse videtur, cum in antecedentibus versibus (252—257) quater voci *ποδαγρός* additum sit *ὢν*. Accedit, quod *ὢν* propter sequentem *πονῶν* multo facilius excidere, quam inseri potuit.

4) Quattuor praebet Lucianus tribrachos vocabuli tetrasyllabi initio effectos:

T. 180 *μεταλαβών*, 225 *διανύσας*, 245 *τριετίας*, 256 *Πελοπιδῶν*.

Cum parum ita fiat elegans versus incisio, facile est ad intellegendum, cur talis solutionis exempla fere nulla sint apud Aeschylum et Sophoclem, nonnulla apud Euripidem, sed in iis demum fabulis, quas liberiores dixi. Maxima vero talium tribrachorum copia extat apud Aristophanem comicosque minores, apud quos longe plurimi initio vocabuli efficiuntur, quamquam non desunt, quorum thesis arsisque soluta vel in media voce vel in eius fine positae sunt.

Ex exemplis modo allatis elucet pauca tantum tribrachorum genera usurpata esse a Luciano, etiamsi tribus partibus maior sit

---

[1]) Duo exempla inveni aliter constituta: alterum, quod iam indicavi, apud Ezechiel. 167, alterum apud Gregorium Nazianzenum II, 1, 11, 1121: *τιν' ἀποδομοῦσα*, in quibus quidem non magnopere haerebis, si iam apud Euripidem nonnullas, plures apud Aristophanem eiusmodi solutiones obviam fieri memineris.

numerus tribrachorum in altera sede quam in prima adhibitorum. Sed in hoc quoque trimetri pede duo solutionum genera vidimus admissa, quae rarissime apud tragicos reperiuntur nec fere nisi in liberioribus fabulis Euripidis. Omnes autem solutiones a Luciano usurpatae apud Aristophanem et reliquos comicos usitatissimae sunt.

§ 3.

De tribrachis in tertia senarii sede adhibitis.

Propter caesuram in tertia trimetri sede tribrachos ex uno integro vocabulo constantes nullos vel perpaucos extare, facile cognoscitur. Luciani versus talibus tribrachis omnino carent. Ne Aristophanes quidem in hac solutione adhibenda multus est. Widegren p. 11 affert tantum exempla haec:

Eqv. 134 *ἕτερος*, 670 *στόματος*.
Pac. 892 *κεκάπνικ'*.
Av. 918 *κύκλια*, 1693 *χλανίδα*.

Sed quod supra docuimus

1) tribrachos longe plurimos ita esse conformatos, ut thesin exprimat extrema vocis syllaba, arsin solutam priores eius, quae sequatur, idem etiam magis in tertio senarii pede observatur. Cfr.

T. 174 *θεραπείαν ἔλαβε*, 184 *λουτρὰ φερόμενος*, 231 *περῶντι νότιος*, 237 *νωθρὸν ἐλαφρά* (vid. exc.), 264 *πάθησθε κόλασιν*, 267 *θάλασσαν ἐφέπομεν*.

O. 27 *τοῦτον ἀθεράπευτον*, 36 *ἀτραυμάτιστος ἄβατος*, 107 *ὕπερθε καταπεσών*, 112 *νυκτὸς ἀνακαθήμενος*.

Tales solutiones in tertio pede habent et tragici et comici.

2) Multo minor numerus est tribrachorum, quorum primum tempus in finem vocabuli incidit, secundum et tertium voce bisyllabâ conformantur. Qua ratione apud Lucianum effectae sunt solutiones

T. 187 *ἔχουσα παρά*.

O. 43 *πονοῦντα πόδα*, 76 *μάθοιμι, τυχόν*, 154 *ὁποῖα βρέφος* (vid. excursum).

Qualia exempla non deficiunt apud poetas scaenicos. Perrara autem videntur esse apud alios. Duo tantum inveni, alterum apud Gregorium Nazianzenum II, 1, 11, 1320:

ὁ μὲν τὸ δεῖπνεν· ἐμέ

(cfr. P. Stoppel: Quaest. de Greg. Naz. p. 26)

alterum in Thespidis, quod fertur, frgm. I, 1:

ἔργῳ νόμιζε νεβρίδ' ἔχειν

de quo cfr. Mueller trag. min. p. 8.

3) Semel thesis efficitur vocabulo monosyllabo, quod cohaeret cum antecedente, arsis soluta initio proximi:

O. 70 *γάρ ἔκλυον.*

Totus versus hic est:

ἰατρὸς ὢν γὰρ ἔκλυον ὑπὸ φίλου τινός.

Ita scribendum est cum Guyeto, pro *γὰρ ὤν*, quod est contra metrum. Ut in secundo pede, monosyllabum cum voce antecedente cohaeret et est ex eorum genere, quae attuli § 2, 2. Et apud tragicos et apud Aristophanem tribrachi tali modo expressi reperiuntur.[1])

Maiorem vero sibi sumpsit licentiam Lucianus scribens:

O. 131 *τὸν ἕτερον,*

cum articulus non cum antecedente ligaretur vocabulo, sed cum sequente. Cuius licentiae, qua Aeschyli et Sophoclis fabulae prorsus vacant, nonnulla praebent Euripidis tragoediae exempla, plura Aristophanis comoediae. Etiam in Aristarchi frgm. 2, 5 occurrit *τίθησι καὶ τὸν ἄπορον.* (Cfr. Mueller trag. min. p. 7.)

4) Neque in tribracho, qui monosyllabo et bisyllabo efficitur est, quod offendat, si monosyllabum arcte ligatur cum antecedente vocabulo. Unum huiusmodi exemplum praebet Lucianus:

O. 42 *σε δίχα.*

Quod genus apud tragicos est rarissimum: Aeschylus habet nullum exemplum, Sophocles unum, Euripides nonnulla; Alexandrini poetae ita iambum solvere veriti sunt aeque atque Gregorius Nazianzenus. (Cfr. Stoppel p. 27.)[2])

Quattuor decim tales tribrachi in Aristophanis comoediis extant.

5) Etiam id Lucianus sibi permisit, ut ex tribus monosyllabis tribrachyn formaret, duobus locis:

O. 124 *μέν, ὃ δέ*, 142 *τι δέ με*

quibus locis verba — id, quod excusationi est — arctissimo nexu inter sese cohaerere, quis est quin videat? Etiam haec forma apud tragicos perquam rara est. Semel invenitur apud Sophoclem

---

[1]) Unum huius rationis exemplum praebet Ezechiel. 10: *οἰκοδομίαις τε βαρέσιν.* (Cfr. Mueller p. 8.)

[2]) Duo autem exempla inveniuntur apud Ezechielem

48 *τῇ 'παύριον δὲ πάλιν ἰδών.*

163 *λαῷ, γυνή τε παρὰ γυναικός.*

(Oed. R. 749), quinquies apud Euripidem, qui hoc in genere maiorem licentiam sibi sumpsit quam Aristophanes, qui unum tantum exemplum praebet

Lys. 938 *σε · μὰ τὸν Ἀπόλλω.*

Apud alios poetas talem tribrachyn non inveni.

6) Denique venimus ad tribrachyn, qui uno integro vocabulo exprimitur ita, ut ex prioribus eius syllabis constet

O. 45 *ἀδύνατος.*

Quod solvendi genus maxime est memorabile. Apud nullum enim poetam nisi apud Aristophanem invenitur, cum Sophoclis illud Oed. Col. 1316 *τρίτος δ' Ἐτέοκλος* quidem huc referendum sit, sed nomine proprio excusetur. Ne Euripides quidem, qui fere omnia quae Lucianus genera quamquam fere rarius praebet, talem tribrachum admisit. Apud Aristophanem autem multa extant exempla, quae collegit Widegrenus:

Nub. 1282 *ὁπότερον.*

Vesp. 1383 *ἐμαχέσατ',* 1385 *κατέβαλε,* 1512 *μακάριε* etc.[1])

Eos tribrachos, quorum primum tempus terminat vocabulum, tertium incipit, alterum voce monosyllaba continetur, Lucianus non adhibuisse videtur. Nam in versu

O. 49 *πείθου λέγοντι · τὸ πέρας ἂν ὑποσπάσω,*

τὸ πέρας difficile est ad intellegendum. Boivinus pro *τὸ πέρας* legere voluit *τὸ γῆρας.* Sed quid sibi vult *τὸ γῆρας ἂν ὑποσπάσω*? „Si senectutem meam vel senectutis meae opem tibi subtraxero, stabo senex ego, tu iuvenis iacebis humi"? Fortasse *τὸ πέρας* explicare possumus = zuletzt et ad *ὑποσπᾶν* = ein Bein stellen locum comparare Luciani in „calumniae non temere esse credendum" 10, ubi de gladiatoribus dicit: *καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ καὶ ὑποσκελίζει.* Mallem tamen legere cum Guyeto *τὰς χέρας,* ex versu 170:

δέξασθε χεῖρας τὰς ἐμὰς πρὸ τοῦ πεσεῖν,

quoniam ita sensum quidem nanciscimur bonum, nisi dubium esset, utrum *χέρας* forma Luciano tribui queat, nam reliquis locis, quibus in Luciani versibus casus, qui dicuntur, obliqui vocis *χεῖρ* leguntur, traditum est *χειρ..*, non *χερ..* cfr. T. 17, 122 (Hermannus quidem etiam hoc loco *χέρας*), 287, O. 49, 170.

Cum igitur Lucianus in 404 trimetris viginti et unum tertii pedis tribrachos adhibuerit, sex primae, viginti quinque alterius

---

[1]) Unum invenitur etiam Ezechiel. 54 *ἔλεξα, πῶς ἐγένετο.*

sedis, apparet, tribrachorum tertii pedis numerum medium locum tenere inter primi et secundi tribrachos. Unus tantum tertio senarii loco efficitur uno vocabulo, duabus vocibus sedecim, tribus tres. Sex quae adhibuit Lucianus genera omnia usitata sunt apud Aristophanem; nonnulla tantum, imprimis tria priora, ne a tragicis quidem repudiata sunt. Solutionum autem genera postremo allata, quippe quae numeros tardent, Aeschylus et Sophocles nunquam, Euripides raro adhibuit; unum genus ne apud Euripidem quidem invenitur. Lucianus autem nullo loco maiore licentia quam Aristophanes usus est.

§ 4.

De tribrachis quarti pedis.

1) In quarto senarii pede apud Lucianum quinque solutionum genera apparent, quorum longe frequentissimum haud secus atque in altera et tertia sede est id, ut thesis terminet vocabulum, arsin efficiat initium eius, quod sequitur. Huc referendi sunt loci hi:

T. 20 *μεμυκὸς ἐπιτείνει*, 168 *οὖρον, ἀπόπατος*, 217 *στάδια διανύσας*, 229 *πρόσθε, διάλυτος.*

O. 51 *πέπτωκας ἄπονος*, 96 *σιδηρόχαλκον ἐπιφέρω*, 100 *σιδηρόσπαρτον ἐπιβαλεῖν*, 164 *σιδηρόπλαστον ὑπεδύσω*, 105 *πρῶτον ὑγιής*, 152 *πέπηγα μεταβῆναι.*

Videmus igitur verba cum praepositionibus bisyllabis composita plerisque locis ad tribrachos formandos adhibita esse, quod idem plerumque apud Aristophanem fit, qui largissimam copiam tribrachorum ita conformatorum praebet.

Etiam apud tres illos tragoediae principes hanc solutionis formam omnium esse longe trequentissimam, iam dictum est. Neque Alexandrini poetae talem tribrachyn frequenter non admiserunt, ut Crat. 2, 4. Lycophr. Alexandr. 520, 700, 1046, quibus quidem locis nominum propriorum initio continetur tribrachys (cfr. Mueller, p. 8, sq.) [1]).

De Gregorii Naz. tribus locis, quibus thesis concludit vocem, solutae arseos tempora incipunt vocabulum sequens vid. Stoppelium l. c., p. 29.

2) Tribrachys, cuius thesis continetur voce monosyllaba, arsis soluta initio eius, quae sequitur, nihil offensionis habet,

[1]) Ezechiel 29, 153, 166, 180.

cum in eum quoque cadant, quae de monosyllabis § 2, 2 monuimus. Nam ut in altero sic in quarto pede monosyllabum cum vocabulo antecedente arctissime conexum esse animadvertimus

T. 152 *δὲ ποταμογείτονα.*

Qualis solutio semel occurrit apud Aeschylum, aliquoties apud Sophoclem et Euripidem, compluries apud Aristophanem comicosque. Etiam e tragicorum minorum fragmentis Muellerus p. 9 huiusmodi exempla affert duo, alterum ex Chaeremone 7, 1, alterum ex Astydam. fab. 3, 4, quo quidem loco monosyllabum cum sequente, non cum antecedente vocabulo coniunctum est. [1])

3) Thesin in qua vocabulum terminatur sequitur arsin solutam efficiens bisyllaba vox locis his:

T. 174 *ἔλαβε παρά.*
O. 70 *ἔκλυον ὑπ'*, 140 *δύστηνον ἔτι.*

Tales tribrachos et tragici et comici admittunt. In tragicorum autem exemplis propter versus, ut videtur, incisionem vocabula quae arsin efficiunt bisyllaba cum sequentibus arcte ligata sunt. Quam regulam Lucianus tribracho *δύστηνον ἔτι* admisso violavit, cum *ἔτι* non ad sequentem sed ad antecedentem vocem pertineat. Qua in licentia noster iterum cum Aristophane facit, qui similia exempla praebet:

Nub. 189 *τοῦτό γ' ἔτι*, 215 *τοῦτο πάνυ*
Vesp. 31 *πρῶτον ὕπνον*, 200 *ἔμβαλλε πάλιν*,
multa alia. [2])

4) Iam in censum veniat is tribrachys, cuius prima mora in vocabuli finem, tertia in initium incidit, altera monosyllabo efficitur:

O. 24 *γενναῖος, ὁ θρασύς.*

Haec forma invenitur apud Sophoclem, Euripidem, Aristophanem. [3]) Item semel simile est apud

Lycophr. 2,3 (fab. satyr.) *παρεξεστηκός· ὅτ' ἀλιτήριος*
(cfr. Mueller p. 9).

5) Uno loco:

T. 285 *ἔμβαινε, σὺ δέ,*

---

[1]) De Gregorio Naz. cfr. Stoppel p. 29.

[2]) Non recipio hunc in numerum O. 62 *γέγονας ἵνα*, ubi cum Guyeto *γέγονας ἦν* legendum est, ut bonus sensus existat.

[3]) Deest hoc solvendi genus in Gregorii Nazianzeni versibus.

ubi tribrachys fine vocabuli et duobus vocabulis monosyllabis continetur, haec item arctissimo nexu cohaerent, quod idem semel obviam fit apud Aeschylum, semel apud Sophoclem. Saepius ita conformaverunt quartam senarii sedem Euripides et Aristophanes, apud quem haec solutio reperitur in vocabulis qualia *ὁ δέ, σὺ δέ*, quod habemus apud Lucianum, *τί γάρ, μὰ Δί'.*[1])

Lucianus in quarto pede iambum non solvit ita, ut efficiatur tribrachys formae ◡◡|◡ thesi et priore solutae arseos tempore concludente vocem altero sequentem incipiente, quam formam Aristophanes et in aliis pedibus et in quarto (vicies quinquies) adhibuit. Cfr. Rumpel Philolog. Tom. 28 p. 607 et Widegreni dissertationem p. 21.

Omnino igitur Lucianus in quarto pede sedecim tribrachos admisit. Ex uno vocabulo constat nullus. Quattuordecim duobus vocabulis efficiuntur atque hi quidem plerumque ita, ut thesis fine vocabuli, solutae arseos morae initio sequentis conformentur. Praeterea bis tribus vocabulis tribrachi formati sunt, quorum alter hanc praebet formam, ut thesis concludat vocem, arsin efficiant duae monosyllabae voces, quam licentiam in aliis pedibus non sibi sumpsit poeta, alter hanc, ut constet e fine vocabuli, monosyllabo, initio vocis proximae. Omnia quae Lucianus adhibuit solutionum genera apud Aristophanem saepe reperiuntur. Nonnulla, imprimisque ea, quae postremo loco attuli, apud tragicos rara sunt.

§ 5.

De tribrachis in quinta senarii sede admissis.

Quinti pedis iambum apud omnes fere poetas rarissime in tribrachyn solutum esse, iam supra monitum est. Ne Aristophanes quidem quinto senarii loco in tribracho adhibendo largus est: cfr. Widegren p. 21 sq.

Quae cum ita sint, non mirum videtur, quod unum tantum eius solutionis exemplum Luciani fabulae, quae complectuntur 404 senarios, exhibent:

O. 52 *γέρουσι παρέπεται,*

neque id indubitatum. Nam Gavelius proponit *παρέσπεται* vel hunc versum ita scribere voluit:

προθυμία γὰρ γέρουσ' ἀεὶ παρέσπεται,

---

[1]) Haec quoque forma apud Gregorium deest.

sed nimis a tradita lectione abiit. Et recte earum observationum editor animadvertit: „παρέπεται deterius non videtur τῷ παρέσπεται, nec tribrachys deterior anapaesto. Secunda emendatio vim versui videtur illatura, nisi ultimam in προθυμία corripi posse ostendatur.“ Sed certe α in προθυμία corripi non potest. Quam praebent libri formam, cur non retineamus, non video, nam et sententia prorsus sana et tribrachys talis in quinta senarii sede admissus haud quaquam insolens est. Nam hi ipsi tribrachi e fine vocabuli et initio sequentis conformati etiam in quinto pede inter omnia genera et apud tragicos et apud comicos primum locum obtinent. Huc accedit, quod arsis soluta conformatur bisyllaba praepositione (nostro loco παρά vel παρε...), quod idem plerumque apud Euripidem et Aristophanem occurrit in quinti pedis iambo in tribrachyn soluto. Itaque puto illo loco tribrachyn ferri posse neque ulla correctione opus esse. Cui opinioni praesidio est etiam hoc, quod tres tales tribrachi prorsus certi qui a Muellero p. 10 in medium prolati sunt:

Lycophr. frgm. 2, 1 (fab. satyr.): ἀλλὰ κυλίκιον et

Ezechiel 23 προςδραμοῦσα βασιλίδι, 41 τέχνασμα βασιλέως, utique ita sunt comparati, ut arsis soluta vocabuli initio, thesis antecedentis fine efficiatur.

§ 6.

Omnibus Luciani tribrachis enumeratis eorumque conformationibus explicatis iam quae exposuimus paucis complectamur et cum usu poetarum scaenicorum breviter comparemus.

Omnino Lucianus in 404 trimetris 69 tribrachos admisit, ex quo sequitur, ut singuli in senis versibus legantur. Iam cum secundum Rumpelium (cfr. etiam Stoppel p. 32 sq.) ratio tribrachorum sit apud

Aeschylum:	123:	4308	= 35
Sophoclem:	197:	7568	= 38
Euripidem:	1700:	17825	= $10^1/_2$
Aristophanem:	2625:	9208	= $3^1/_2$

apparet, largum esse Lucianum in tribrachis adhibendis et medium locum tenere inter Euripidem et Aristophanem.

Plurimos tribrachos praebet pes alter 25, hunc sequitur tertius (21), hunc quartus (16), hunc primus (6), paucissimi (1) reperiuntur in quinto pede. Ad hanc rationem de poetis scaenicis

constituendam Rumpelius in Philologi tom. 28 p. 605 tabulam, qua etiam Stoppelius p. 33 usus est ad leges metricas Gregorii theologi diiudicandas, ita composuit, ut primus quisque quem tabula continet numerus eum pedem qui plurimos tribrachos, ultimus eum qui paucissimos praebet, indicet, reliquis pedibus ordine descendente interpositis. Ut haec tabula demonstrat, ratio est apud

Aeschylum:	4 3 1 2 5
Sophoclem:	1 4 3 2 5
Euripidem:	2 4 3 1 5
Aristophanem:	4 2 3 1 5.

Inter Luciani tribrachos in singulos pedes distributos ratio haec est:

2 3 4 1 5.

Quamquam igitur cum nullo Lucianus congruit, tamen iterum maxime tribrachi apud eum ita distributi sunt ut apud Euripidem et Aristophanem. Usitatissimum tribrachi genus apud Lucianum id est, ut thesis constet e vocabuli fine, arseos solutae tempora incipiant vocem sequentem, quales praebet 32, id est fere partem dimidiam omnium. Ex duobus vocabulis constant 54, quorum frequentissima forma est modo allata ..⏑¦⏑⏑.., proxima ⏑¦⏑⏑ .., quae duodecies adhibita est, sequens ..⏑|⏑⏑ quae septies usurpata est. Duos tribrachos monosyllabo et bisyllabo expressit poeta. Novem tribrachos ex uno vocabulo constantes admisit, quorum quinque inveniuntur in altero pede, tres in primo, unus in tertio, nullus in quarto; tres efficiuntur integra voce, sex initio, nullus fine vel media parte vocabuli. Quinque tribrachi apud Lucianum tribus vocabulis continentur arctissimo nexu inter sese cohaerentibus.

Haec habebam, quae de tribrachis dicerem.

Caput II.

De dactylis.

Spondei loco etiam dactylum — etsi in quinto pede rarissime — ferri posse notum est. Sed dactylus a poetis non pari modo usurpatus est. Saepissime quidem eum omnes in tertio pede admittunt, in quo versus incidi solet caesura quam dicunt semiquinariam. In prima sede apud hunc saepius apud illum rarius invenitur, nullo autem loco apud tragicos in quinta, nam omnia dactylorum in quinta sede admissorum exempla emendationibus

certis e tragicorum trimetris remota sunt. Contra comici poetae habent dactylos in quinto senarii loco — Aristophanis fabula Eccles. excepta, in qua nulli leguntur. — Comicorum usum secutus est Lucianus, cum in quinto pede dactylum admittat et in singulis dactylis formandis eandem normam sequatur.

Iam ad singulos dactylos transeamus.

§ 7.

De dactylis in primo pede admissis.

Omnino leguntur apud Lucianum 64 dactyli pro iambis vel spondeis, 17 in primo: T. 19, 24, 29, 141, 170, 172, 179, 238, 286, 304, 309. O. 13, 20, 27, 65, 69, 154.

45 in tertio: T. 21, 24, 26, 60, 67, 70, 142, 145, 149, 164, 169, 170, 172, 183, 216, 217, 219, 222, 228, 239, 240, 252, 253, 254, 256, 257, 295, 306. O. 7, 13, 29, 33, 35, 41, 50, 62, 63, 86, 91, 108, 110, 127, 138, 158, 159.

2 in quinto: O. 16, 25.

1) Atque in primo pede sex locis dactylus continetur uno integro vocabulo:

T. 19 *πνεύματι*, 179 *ἤπιον*, 238 *δόχμιος* (cfr. excursum).
O. 154 *νήπιος*.
T. 29 *ἐλπίδι*.
O. 65 *μηδενί*.

Ita Aeschylus et Sophocles raro spondeum solverunt, saepius autem Euripides in fabulis posterioris aetatis, in quibus maiore licentia usus est. Cfr. Rumpel: Die Auflösungen im Trimeter des Euripides (Philol. tom. 24 p. 412):

„Wir ersehen aus der Zusammenstellung, dass der Dactylus in den älteren Tragödien fast nur im dritten Fusse und zwar aus mehreren Wörtern gebildet vorkommt und erst in den jüngeren auch im ersten Fusse und aus einem Wort bestehend üblich ist.“

Tribus locis in tragicorum minorum senariis vocabula trisyllaba dactylum efficiunt:

Theodect. 10, 2 *ἥλιε*, 2, 1 *μητέρα*.
Pompei. Macr. I, 3 *μητέρα*.
Cfr. Mueller p. 11.

In duos horum locorum cadit, quod longe plurimis locis etiam apud tragicos illos principes observare possumus accentus vocabuli et versus concidere. Contra Lucianus facit, qui comicorum leges metricas secutus plerumque habet dactylum ex

integra trisyllaba voce ita conformatum, ut accentus in prima, non ut apud tragicos, in altera vocis syllaba positus sit. Qua ratione Lucianum minime abhorrere ab Aristophane intelleges, si contuleris, quae Rumpel (Phil. 28 p. 608) observavit:

„Was nun die Bildung der einzelnen Dactylen betrifft, so besteht von den in e i n e m Worte befindlichen im ersten Fusse, ähnlich wie bei den Tribrachen, der dritte Theil aus dreisilbigen Wörtern, wie *ἰκτίδας*, *ξύλλαβε*, *ἄρρενα*, *κλίμακα*, im dritten dagegen nur der zehnte Theil, und diese Art ist hier so wenig beliebt, dass sogar solche Wörter, welche sowohl in den zweiten als in den vierten Fuss hineinreichen, noch vorgezogen werden."

Haec verba Rumpelii etiam valere de dactylis tertii pedis Lucianeis infra videbimus.

2) Iam sequitur dactylus, qui quadrisyllabi vocabuli prioribus tribus syllabis comprehenditur:

O. 27 *ἀντέδακα*.

Hanc solutionis formam Aeschylus et Sophocles nisi in nominibus propriis fere non admiserunt, saepius autem Aristophanes et Euripides, de quo quidem etiam hoc loco idem valet quod supra § 7, 1 dixi.[1])

Multo saepius dactylus efficitur pluribus vocabulis:

3) Quattuor locis apud Lucianum constat dactylus e monosyllabo eiusque quod sequitur initio:

T. 24 *ἢ Σικελός*, 286 *ἐς γόνατα*, 304 *ἢ διαβρεχής*, 309 *τῶν μετανοούντων*.

Dactylus duobus formatus vocabulis ab Aeschylo et Sophocle raro admissus est neque aliter nisi ita ut arctissime monosyllabum cohaereat cum vocabulo sequente, quamquam multa sunt exempla in Philocteta fabula, in qua liberioribus metri rationibus usum esse Sophoclem notum est. Locis Lucianeis ne cohaerere quidem ubique inter se vocabula quae dactylum efficiant facile perspicitur, qua in re iterum poeta comicorum et Euripidis in liberioribus fabulis usum secutus est.

4) Deinde Luciani versus exempla talium dactylorum praebent, ut longa dactyli syllaba efficiatur monosyllabo, arsis soluta bisyllabo:

O. 13 *καὶ τότε*, 69 *τὸν πόδα*.

---

[1]) Lucianus initio vocabuli quinque syllabarum dactylum non expressit; quod quinquies apud Gregorium Naz. apparet, semel apud Aeschylum in nomine proprio *Αἰθιοπίδος*, bis apud Euripidem *Αἰθιοπίδος*, *Αἰθιοπίαν*. Cfr. Stoppel. diss. p. 34.

Quae quidem ratio ab Aeschylo, ut videtur, prorsus spreta bis tantum idque iterum in Philoct. fabula admissa a Sophocle, saepius apud Aristophanem et in Euripidis liberioribus fabulis obviam fit. De Alcest. v. 802 cfr. Mueller p. 24.

5) Magni est discriminis genus quod sequitur dactylorum. Etiam apud Lucianum habemus illam dactyli formam in primo pede — ⏑|⏑ ita conformatam, ut breves dactyli syllabae diremtae altera ad alteram vocem spectet. A qua dactyli forma prorsus abhorruerunt Aeschylus, Sophocles, tragici minores, quantum quidem e fragmentis eorum cerni potest; Euripides quattuor tantum locis dactylum effecit tali bisyllabo et monosyllabo, quibus vocabulorum conexus excusationem quandam praebet. Extant in Iphig. Aul., Orest. et Cycl. fabulis, quas qua metri incuria composuerit Euripides, saepius iam notavimus.

Luciani exempla huc referenda sunt tria haec:

T. 141 οὔτε χυθέν, 172 ἄλλος ἐπ',
O. 20 ἀλλὰ κατ',

quibus locis eo licentiae progressus est poeta, ut praepositionem cum voce sequente apostropho arcte coniunxerit. Eandem fere licentiam simili dactyli compositione iterum invenimus apud Euripidem:

Cycl. 270 αὐτὸς ἔχ'· ἔγωγε.

Sed Cyclops, fabula satyrica, etiam maiorem quam reliquae exhibet metri libertatem. Quo fit, ut aliquam vim habeat ad propositum nostrum demonstrandum, si in hoc dramate satyrico, quod comicorum fere leges metricas praebet, easdem atque in senariis Lucianeis solutiones invenimus. Sed maiorem auctoritatem habent comici ipsi, qui saepissime hac dactyli forma usi sunt, ut Aristophanes bis et quinquagies; accedit, quod paene omnes huiusmodi dactyli extant in primo pede, in quinto pede nullus, in tertio quinque. Fere idem apud Lucianum usu venit, qui in primo senarii pede praebet tria exempla, in quinto nullum, in tertio unum, de quo infra uberius erit disserendum. Itaque ex his exemplis elucet Lucianum etiam in dactylis adhibendis comicorum rationem secutum esse.[1])

6) Semel Lucianus in primo senarii pede offert dactylum ex tribus monosyllabis constantem:

T. 170 οἱ δὲ τό,

quamquam ita est conformatus, ut thesis — longam dico dactyli

[1]) Unum tale exemplum in Ezech. exag. 85 ἆρά γε est.

syllabam — et prior arseos solutae mora arcto nexu coniungantur, posterior autem ad vocem sequentem spectet ita ut exprimatur quasi bisyllabo et monosyllabo, tamen huiusmodi solutionis formam nunquam apud Aeschylum et Sophoclem, saepius autem apud Aristophanem, ut comicum, inveniri tenendum est. Nonnullis quidem locis etiam Euripides in fabulis liberioribus ita dactylum conformavit. [1])

Septendecim igitur in primo pede admissorum dactylorum septem uno vocabulo, novem duobus, unus tribus vocabulis continetur. Omnes, quas in primo pede adhibuit dactylorum conformationes apud Aristophanem reperiuntur et, quamquam rarius, in iis Euripidis fabulis, quas maiore metri licentia conscripsit poeta.

§ 8.

De dactylis in tertio pede admissis.

Ut pauca tantum dactylorum sunt exempla in primo pede ita plurima propter caesuram illam, quae dicitur *πενθημιμερής*, apud Lucianum longe usitatissimam, in tertio sunt. Quare fit, ut nusquam legantur in trimetris Lucianeis dactyli in tertio pede conformati integro vocabulo vel tribus prioribus vocabuli syllabis, quales plus semel Euripides et Aristophanes maiore licentia usi videntur admisisse, ita ut hac in re poeta noster cum Aeschylo et Sophocle congruat.

1) Liceat igitur primo loco tractare dactylos frequentissimos, id est ita formatos, ut thesis expressa sit vocabuli fine, arsis prioribus duabus syllabis eius, quod sequitur; fere duae omnium partes dactylorum, qui in tertia sede leguntur, tali modo conformatae sunt, id quod etiam in tribrachis observavimus. Habemus eiusmodi dactylos:

T. 21 *αὐτῶν διάπυρον*, 24 *αὐλὼν ἁλιπόρου*, 26 *πετρῶν σκολιός*, 60 *ὄσσων νύχιον*, 70 *ποδαγρῶν περιπατεῖν*, 142 *ὄλβου περικρεμής*, 145 *Φοίβου πολυμαθής*, 164 *ὑαίνας τραγελάφους*, 172 *ἀοιδαῖς ἐπιθετῶν*, 216 *κραταιῶς συνοχμάσας*, 217 *ἥκω στάδια*, 222 *τρέμουσαν διαλύτοισιν*, 228 *ὀλίσθω περιπεσών*, 239 *ἀπήνη παραδράμῃ*, 252 *ποδάρκης ποδαγρός* (vid. excursum), 253 *Ἀχιλλεὺς ποδαγρός*, 254 *Βελλεροφόντης ποδαγρός*, 256 *Πελοπιδῶν ποδαγρός*, 257 *υἱὸς ποδαγρός*, 295 *ἀφανὴς πύματα*.

---

[1]) De uno huiusmodi dactylo a Gregorio Naz. admisso vid. Stoppel diss. p. 35.

O. 7 *ματαίαν πρόφασιν*, 13 *δαμασθεὶς*, *ὀνομάσας*, 41 *πίπτων καταβάλῃς*, 62 *στρατιώτης γέγονας*, 63 *πληγῆς; περικυκλοῖς*, 108 *νυκτὸς διυπνίσας*, 159 *πλανῆτας περιελών*.

Permulta horum exemplorum ita esse comparata patet, ut arsis soluta bisyllaba praepositione contineatur.

2) A solutione modo tractata, quam omnes et tragicos et comicos poetas longe frequentissime adhibuisse notum est, haud multum distat ea quae thesin monosyllabo effectam excipit, arsin initio vocis sequentis conformatam. Quod unus observavit Aeschylus, ut eligeret vocabula, quae cohaerent cum antecedentibus, monosyllaba, apud Lucianum valere non videtur; duorum enim qui extant locorum alter praebet exemplum laesae alter observatae regulae:

T. 219 *καὶ γῆς ὅρια*,
O. 91 *δοκεῖ σοι; κατακνήσω*.

Frequentius invenimus apud Lucianum

3) Dactylos ita comparatos, ut arsis expressa sit vocabulo bisyllabo, thesis extrema antecedentis syllaba:

T. 67 *ἀμείβειν ἐπί*, 183 *ὁρᾶται μετά*.
O. 29 *δεινὸς πόνος*, 33 *κλεψίχωλον πόδα*, 35 *δεινὸς κατά*, 86 *ἐπλήγην ὑπό*, 110 *οἴμοι, πόθεν*, 127 *ἀφορμῆς δίχα*, 138 *ἀρχὴν ὄνομ'*, 158 *ἀφανῶς κατά*.

Quo in solutionis genere quinquies arsin e bisyllaba praepositione constantem arctissimo nexu cum sequentibus cohaerentem videmus. Cfr. Mueller p. 13.

4) Semel Lucianus dactylum admisit e monosyllabo et bisyllabo compositum, qualis perraro apud Aeschylum et Sophoclem saepius apud Euripidem et Aristophanem reperitur:

T. 240 *ὧν σὸς ταχύ*,

qua in solutione, cur apud tragicos plerumque positum sit vocabulum monosyllabum arcte ad antecedens se applicans facile est perspectu. Maior igitur hic Luciani in metro tractando cernitur licentia.[1])

5) Bis arsin efficiunt duo vocabula monosyllaba, thesis continetur fine eius quod antecedit, qua ratione saepius etiam alii poetae dactylum composuerunt, non solum comici et tragici, sed etiam Gregorius Theol. II, 1, 12, 218 (Ezechiel in exagogae v. 119).

---

[1]) Apud Gregorium hoc genus solutionis deest.

Exempla huiusmodi apud Lucianum sunt haec:

O. 50 *πρέσβυς, σὺ δ' ὁ,*
T. 170 *ὀκτώ, τὸ δέ,*

quae arcto monosyllaborum nexu excusantur.

Eadem vocabulorum, quae solutionem efficiunt, arcta coniunctio est,

6) in dactylo duobus vocabulis monosyllabis initioque sequentis conformato. Euripides priorem brevem in tali solutione etiam cum sequente syllaba coniunxit; apud Lucianum in uno quod extat exemplo hoc non servatum est:

T. 169 *μὲν τὸ διά.*

Etiam huiusmodi dactyli apud tragicos rari sunt. Sophocles ita solvit tertium pedem uno loco fabulae liberioris:

Philoct. 764 *ὅταν περ τὸ κακόν,*

ne apud Euripidem quidem inveniuntur nisi in fabulis recentioris aetatis, extant autem multi apud comicos.

7) Bis apud Lucianum thesis in finem vocabuli incidit, prior arseos mora monosyllabo, posterior initio proximae vocis continetur:

T. 149 *ἄλλην ἐπ' ἐμέ,* 306 *δύναται σὸν ἀναχαιτίσαι.*

Ratio ipsa neque a tragicis neque a Gregorio, qui quinque praebet exempla (cfr. Stoppel p. 38) discrepat. Sed legem ab omnibus tragicis in vocabulis arcte coniungendis servatam semel (T. 306) neglectam cernimus aeque atque a comicis.

Omnino igitur Lucianus in tertio senarii pede quadraginta quinque dactylos suppeditat: longe plerique, quadraginta, duobus vocabulis continentur, nullus constat ex uno vocabulo, quinque e tribus; caesura est omnibus locis semiquinaria, quam Lucianum omnino unice fere adamasse videmus. Quascunque autem dactylorum explicavimus conformationes, extant apud comicos.

§ 9.

De dactylis in quinta sede adhibitis.

In quinta senarii sede apud comicos graecos et tribrachyn et dactylum, apud tragicos solum tribrachyn, non dactylum inveniri iam a Porsono et Hermanno in praefationibus ad Euripidis Hecubam recte animadversum est. Sed diligentior exemplorum comparatio, quam instituit Seidlerus in commentatione: „De dactylo et tribracho in quinta senarii iambici sede", docet comicos poetas tribrachyn dactylumque in quinta senarii sede fere non usurpasse nisi ipsa quinti pedis arsi soluta novum vocabulum

inciperet, tragicos autem dactylo plane abstinuisse. Nam dactylum in Eurip. Heracl. 404 a Scaligero et Barnesio male illatum recte Musgravius expulit. Idem valet de duobus aliis exemplis Euripidis Iphig. Aul. 1623: τόνδε μόσχον νεογενῆ (Porsonus εὐγενῆ), cum dudum observatum sit Iphig. Aul. finem corruptum esse, et frgm. 967:

ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἐστ᾽ ἀπόκρισις.

Neque maiorem auctoritatem habere videtur dactylus ille quinti pedis lyricus in Iphig. Taur. 414:

φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ᾽ ἐπὶ πήμασι βροτῶν,

qui non, ut Seidler putavit, in recentioribus demum editionibus sed in codicibus et in editione Aldina v. 401 extat. Omnia igitur dactylorum exempla in quinto senarii pede admissa e tragicorum trimetris remota sunt. Cum dactylo illo quinti pedis Python. frgm. I, 16:

σίτου διαπέμψαι καὶ πολίτην γεγονέναι,

qui huc referri non potest, cum sit fabulae satyricae liberius conscriptae, conferas velim formam quae est apud Aristophanem hoc trimetri loco longe frequentissime adhibita ⏑⏑⏑ –, ita ut finis trimetri exprimatur voce quadrisyllaba. Si enim ipsa arsi soluta in quinta sede novum vocabulum incipit, id adamasse videtur, ut versus desinat in quadrisyllabum vocabulum mensuram habens quarti paeonis vel proceleusmatici. Apud Lucianum quidem in fine trimetri unum tantum tale quadrisyllabum invenitur:

O. 52 γέρουσι παρέπεται,

de quo iam supra § 5 dictum est. Praeter huiusmodi tribrachorum genus apud tragicos aliud est etsi rarius: novum quidem soluta quinti pedis arsi vocabulum incipit, sed reliqua versus pars non unum sed plura vocabula complectitur. Atque multo maiorem quam tragoedia utriusque generis exemplorum vim continet comoedia. Posterius autem genus Lucianus non adhibuit in tribrachis formandis, nam in uno versu:

O. 16 τούτου δίχα,

ubi arsis in quinta sede huius generis soluta est, thesis longa praesto est, ita ut dactylum habeamus, non tribrachum. Quod iterum ad nostram quaestionem multum valet, quia, ut supra monuimus, tragici in quinta senarii sede nullum praebent dactylum. Ab hac dactyli forma non multum distat:

O. 25 εἶναι μέ τι [1]),

[1]) Hoc τι Guyeto suspectum visum, forsan quod μηδὲν praemissum id non admitteret, sed frustra: obloquuntur enim multa exempla.

quo quidem loco, quamquam e tribus vocibus constat dactylus, tamen τι proximo vocabulo με arcte se adiungit, ut cum hoc quasi unum efficiat et haec solutio illi τούτου δίχα simillima sit.[1])

Quibus expositis haec praecipue tenenda sunt:

Tragici in quinto senarii pede dactylum non admittunt, comici haud raro. Lucianus habet duo exempla satis certa et quae usui comicorum non repugnent. Itaque hic quoque maiorem illam numerorum comicorum libertatem eum sibi sumpsisse nostro iure affirmamus.

Omnibus dactylorum exemplis in Luciani senariis enumeratis iterum, quae invenimus, paucis complectamur.

1) Leguntur in 404 trimetris Lucianeis 64 dactyli: primus pes et tertius continent 62, quintus 2, ita ut singuli in senis trimetris reperiantur.

Si cum his numeris rationem tragicorum et Aristophanis comparamus, cum Aristophane plane congruentem Lucianum cognoscimus. Secundum Rumpelium enim (Phil. tom. 28 p. 608) ratio est haec:

Aeschylus	140:	4308	=	31
Sophocles	204:	7568	=	37
Euripides	1923:	17825	=	9
Aristophanes	1465:	9208	=	6
et Lucianus, ut vidimus,	63:	404	=	6

Quantum autem distet noster a Gregorio Naz., qui omnium longe minimum dactylorum numerum offert, inde elucet, quod apud eum ratio est haec:

72 : 7550 : 105.

Cfr. Stoppel p. 41.

2) Fere omnes poetae multo maiorem dactylorum numerum admittunt in tertio pede. Apud Aeschylum et Sophoclem dactylus a prima sede fere omnino alienus est. Apud Lucianum quoque tertii pedis dactyli ita praevalent, ut numerus eorum triplo maior sit quam primi. In quinto pede de Luciano idem quod de Aristophane valet: hoc enim senarii loco apud utrumque pauci tantum dactyli leguntur.

3) E 64 dactylis adhibitis 7, qui omnes extant in primo pede, uno vocabulo continentur, 50 duobus, 7 tribus vocabulis expressi sunt. Longe igitur plerique e duabus vocibus compositi sunt eique ita fere ut thesin efficiat finis vocis, arsin solutam

[1]) Etiam Gregorius Nazianzenus quintum senarii pedem in dactylum solvisse videtur idque eodem modo atque Lucianus. Cfr. Stoppel p. 39.

initium proximae. Ter Lucianus licentiam illam, a qua prorsus abhorruerunt tragici, sibi sumpsit Aristophanicam ita dactylum formans — ◡ | ◡, ut solutae arseos syllabae dirimantur, non ita ut eadem voce comprehendantur. In altero et quarto pede dactylis non usus est.

Facile autem perspicitur apud Lucianum dactylorum genera maxima ex parte aliter atque apud tragicos formata et in singulos pedes distributa esse, sed nusquam eum modum licentiae excessisse, quem sibi posuerit Aristophanes. Unde etiam in dactylis adhibendis Lucianum comicorum usum observasse patet.

Caput III.

De anapaestis.

§ 10.

De anapaestis in prima senarii sede adhibitis.

Statim in primo pede apparet Lucianum cum comicis congruere, cum tragicis discrepare. Cum enim apud tragicos anapaesti in prima senarii sede non admittantur nisi integris vocabulis, quorum pleraque nominibus propriis continentur, apud Lucianum etiam anapaestos e pluribus quae quidem cohaerere solent vocibus compositos reperimus. Quo usu Lucianum iterum comicorum leges sequi nemo non videt.

Sed singula perspiciamus. E 45, qui admissi sunt a Luciano, anapaestis extant in primo pede 25:

T. 2, 60, 62, 63, 75, 112, 155, 159, 161, 164, 168, 187, 188, 216, 250, 252, 259, 261, 268, 273, 282, 291, 305;
O. 2, 67;

in altero pede 9:
T. 156, 256, 262, 275;
O. 22, 62, 67, 82, 142;

in tertio pede 1:
T. 168;

in quarto pede 9:
T. 171, 182, 188, 225, 259, 261, 266;
O. 79, 153;

in quinto pede 1:
O. 136.

1) Omnium qui in trimetri initio extant anapaestorum, 20 id est duae partes, efficiuntur una voce vel trisyllaba vel plus quam tres syllabas continente. Ac primum quidem integris vocabulis conformati inveniuntur anapaesti:

T. 2 *ποδάγρα*, 188 *ποδάγρα*, 60 *σκέδασον*, 63 *δέκατον*, 161 *σπυράθους*, 164 *βατράχους*, 187 *ἁπαλάς*, 216 *διόπερ*, 252 ***Πρίαμος***, 261 *Ἰθάκης*, 268 *ἔχομεν*, 282 *βάσανοι*, 305 *ἐλέαιρ'*.
O. 2 *ποδάγρα*.

Quam formam etiam apud tragicos saepissime occurrere ita ut longe plerumque anapaestus nomine proprio conformetur iam dixi.

2) Tribus locis invenimus anapaestos effectos prioribus moris vocabuli plus tres syllabas complexi:

T. 62 *ἀθόλωτον*, 155 *σταφυλῖνον*, 159 *κυπαρισσίνην*.

Quales anapaesti ab omnibus poetis adhibiti sunt.

3) Uno loco anapaestus exprimitur articulo et voce bisyllaba:

O. 67 *ὁ πόνος* (*δ'*).

Exempla ita formata apud tragicos perrara sunt: extat unum apud Sophoclem in Philoct. fab., tria apud Euripidem in tragoediis liberioribus, unum apud Gregorium I, 2, 28, 35: *ὁ πένης* (cfr. Stoppel p. 43). Comicis autem hic anapaestorum usus familiaris est. Quibus locis apud Aristophanem formatur anapaestus vocabulis monosyllabo et bisyllabo, monosyllaba illa ut apud alios poetas plerumque cum sequente verbo arcte coniuncta sunt. Quapropter ad tales anapaestos formandos adhibet vocabula qualia *φέρ' ἴδω* (undecies), *τί λέγεις*, articulus cum substantivo coniunctus, ut nostro loco, praepositio cum pronomine etc. (cfr. Widegren p. 27).

4) Bis habemus anapaestum monosyllabo vocabulo et initio sequentis verbi conformatum:

T. 259 *ὅς, ἐπείπερ*, 273 *ὅς ἔταξε*,

quibus duobus locis prior brevium syllabarum nominativo casu pronominis quod antecedit relativi *ὅς* exprimitur. Etiam haec anapaestorum exempla ad id quod nos contendimus demonstrandum magni momenti sunt. Nam talia apud tragicos omnino non inveniuntur.[1]) Extant autem haud pauca apud Aristophanem, in

---

[1]) Bis Gregorius habet I, 2, 34, 39 *τὸ δ' ἀκούσιον*, II, 1, 11, 1300 *τὸ δ' ἑκούσιον*, quibus quidem locis prior anapaesti pars ex articulo et *δ'* constat (cfr. Stoppel p. 44).

quibus prior brevium syllabarum expressa est articulo vel pronomine τί vel coniunctione ἵν᾽. Huc accedit, quod Lucianus etiam eam legem neglexit, quam observaverunt omnes poetae comici, ut vocabula inter se cohaerentia ad anapaestum conformandum eligerent. Cfr. T. 259 ὅς, ἐπείπερ.

5) Duobus locis in prima senarii sede apud Lucianum anapaestus constat e bisyllaba voce et monosyllaba:

T. 250 λέγετ᾽ ὦ, 291 φέρετ᾽ ὦ,

quibus quidem locis quae anapaestum efficiunt vocabula elisione tam arcte inter se coniuncta sunt, ut quasi pro uno haberi possint. Verum tamen etiam hoc anapaestorum genus apud tragicos poetas perrarum est. Unum exemplum apud Sophoclem extat (in fab. satyr. frgm. 304, 2 ὑπὸ τοῦ), sex apud Euripidem atque ea ita quidem soluta, ut constet anapaestus e praepositionibus ἐπί, ὑπό, παρά, περί cum articulo aut pronomine coniunctis, uno excepto loco Cycl. 590 ἄγε δή. Hoc nobis multum valet, cum comicis, quos Lucianus hoc in genere imitatur, gratissima sint vocabula qualia φέρε, λέγε, ἴθι, ἄγε δή, ἄγε νῦν. Neque pauci quidem sunt loci, quibus praepositiones bisyllabae cum articuli formis coniunctae ut apud Euripidem anapaestum efficiant. Exempla invenies apud Widegrenum p. 28. Lucianus autem in anapaestis modo allatis non Euripidis sed Aristophanis conformationes secutus est. Addendum est pariter atque apud Euripidem rem se habere apud tragicos minores, quorum in fragmentis ter haec anapaesti forma invenitur.

Nescio an huic generi addendus sit versus:

T. 112 τίσι δ᾽ ἐν τελεταῖς ὀργιάζει προςπόλους,

codices habent δὲ τελεταῖς, quod probabiliter iamdudum in δ᾽ ἐν τελεταῖς mutatum est. Sed vel sic versus claudicat, quapropter Jensius ante ὀργιάζει inseruit ἥδ᾽ (illa scil. dea) = quibus vero sacris illa antistites initiat? Sed facilius est τελεταῖσιν, quam praefero coniecturae Dindorfii, qui vult τίσιν δὲ τελεταῖς.

6) Duos trimetros habet Lucianus, qui initio anapaestos praebent ita conformatos, ut e bisyllabo et prima proximi vocabuli syllaba constent:

T. 75 τίνι δαιμόνων, 168 στέαρ, αἷμα,

quo loco etiam interpunctione thesis ab arsi disiungitur. Ab hac forma quantum distent anapaesti perpauci apud Euripidem et in Ezechielis exagoga admissi, quorum thesis iterum non nisi e praepositione bisyllaba constat quivis videt.

Nullum anapaestum habet tria vocabula continentem.

E 25 anapaestis in prima sede admissis 17 uno vocabulo continentur. Octo anapaesti, quos e duobus vocabulis composuit poeta, a tragicorum usu fere alieni sunt. Duo genera a Luciano secundum comicos adhibita a tragicis plane aliena sunt.

§ 11.

De anapaestis in altero pede admissis.

Reperiuntur in Luciani versibus novem anapaesti in altero senarii pede, quorum plurimi uno vocabulo conformati sunt. Anapaesti uno vocabulo expressi in quattuor classes dividi possunt: 1) qui integris trisyllabis vocabulis efficiantur, 2) qui vocem incipiant, 3) qui in media voce, 4) qui in fine eius positi sint. Non extat quidem exemplum in altero pede quod anapaestum ex integra voce constantem praebeat, nisi anapaestum illius versus, de quo supra § 10 verba fecimus, T. 112 *τελεταῖς* huc referre volumus.

Sex autem exempla praebet Lucianus anapaestorum, qui vocibus plus quam tres syllabas continentibus efficiuntur. Eorumque

1) quattuor expressi sunt prioribus vocabuli syllabis:

T. 262 *κατέπεφνον* (nisi tribrachyn haec vox efficit, vid. excurs.), 275 *κατάρατοι*,

O. 62 *στρατιώτης*, 67 *ἐλελίξας*.

Haec anapaesti forma quater in nominibus propriis apud Euripidem in fabulis Iphig. Aul. et Cyclope extat, semel in tragicorum minorum fragmentis in Pyth. fab. satyr. frgm. I. 16 *σίτου διαπέμψαι*. Sed et de fabulis satyricis et de iis, in quibus Euripides ita solvit, valet quod iam saepius monitum est.

Neque aliter atque in anapaestorum genere, quod modo attuli, rem se habere, si mediis vel posterioribus vocis syllabis anapaestus efficitur animadvertimus. Nam solutiones quales Lucianus habet duas:

T. 156 *ὑοσ|κύαμον|*, 256 *Βελλ|εροφόντ|ης* (quo loco anapaestum mediis vocis, quae continet nomen proprium, syllabis compositum videmus),

Euripides iterum non nisi nominibus propriis iisque perpaucis, quae alio modo trimetro inseri non possunt, expressas praebet. Haec sunt *Ἰφιγένεια*, cuius nominis mediae syllabae saepius, *Ἐριχθόνιος*, *Ἑρμιόνη*, *Νεοπτόλεμος*, quorum posteriores syllabae anapaestum formant. Praeterea semel in Cycl. 647 *ὡς αὐτόματον τόν*,

semel in Pyth. frgm. 1, 8 τὴν Πυθιονίκης legitur. Cfr. Stoppel p. 46. Notandum autem iterum talia anapaestorum exempla qualia Lucianus praebeat, non nisi in comicorum fabulis usu venire. Ita Aristophanes omnes quas tractavimus formas adhibuit: haud paucos praebet anapaestos integris vocabulis effectos, ingentem copiam eorum anapaestorum, qui vocabulis plus quam tres syllabas continentibus exprimuntur. Quorum quamquam plerique vocabulum incipiunt, tamen haud exiguus est numerus eorum, qui in fine vocis positi sunt. Omnium autem rarissimi apud Aristophanem sunt ii, qui mediis vocabuli syllabis conformantur. Recte dicit Rumpelius in Philologi tom. 28 p. 611: „Am seltensten sind in allen 4 Füssen die Anapäste in solchen Wörtern, welche sowohl mit dem vorhergehenden, als auch mit dem folgenden Fusse durch Silben verbunden sind.“ Ita Lucianus quoque ab anapaesto mediis vocabuli syllabis formato nisi in nomine proprio abstinuit. De hac re plura infra addam, ubi de anapaestis quarti pedis agam. Attamen discrimen est inter Lucianum et Aristophanem, si numerum anapaestorum in altero trimetri pede adhibitorum respicimus. Nam propter nova quaedam genera, quae, cum in alteram senarii sedem finis antecedentis vocabuli pertinere possit, accedunt ad anapaestum efficiendum, fit, ut apud Aristophanem longe plurimi anapaesti legantur in secundo pede. Aliter res se habet apud Lucianum, qui in altero pede ne tot quidem habet anapaestorum genera quot in primo.[1])

2) Bis tantum in altera senarii sede Lucianus anapaestos e duobus vocabulis constantes adhibuit eosque duobus locis ita compositos, ut exprimantur monosyllabo τί et bisyllabo:

O. 82 τί παθών, 142 τί λέγεις,

quos nihil offensionis habere concedendum est, cum cohaereat monosyllabum τί cum sequenti vocabulo ita ut ad praecedentia trahi non possit. Etiam haec conformatio in tragoedia deest exceptis nonnullis locis fabularum satyricarum, ut Cycl. 272 ἀπόλοιθ' ὁ πατήρ, quo loco, ut apud Lucianum, non offensioni videtur anapaestus, cum articulus substantivo antepositus tam arcte cum eo cohaereat, ut unius fere haec vocabula instar sint. Anapaestum unicum qui apud Gregorium invenitur II, 1, 12, 20 πᾶσιν μὲν, ἐμοὶ δέ Stoppelius (p. 47) removit scribens πᾶσι μέν, ἐμοί δέ ita, ut dactylus oriatur. Contra iterum tales anapaesti non alieni

[1]) Etiam Gregorius Naz. has anapaesti alterius pedis formas a comicis sumpsit.

sunt a comicorum altero pede. Aristophanes praebet huiusmodi numerum haud exiguum. Sed quod de verborum apud Lucianum arcto nexu dixi, quam diligenter caverit etiam Aristophanes, ex omnibus fere exemplis cernere licet. E magno eorum numero nonnullos in medium proferam, e quibus simul apparebit similes verborum coniunctiones etiam apud Aristophanem occurrere:

Ach. 244 τὸ κανοῦν.
Nub. 782 κατ' ἐμοῦ.
Vesp. 762 φέρ' ἴδω.
Pac. 1116 τί ἐγώ.
Av. 57 τί λέγεις, 1685 ἃ λέγεις.
Thesm. 647 τιν' ἔχεις.
Lysistr. 131 σὺ λέγεις.
Ran. 171 σὲ λέγω.
Eccl. 312 πρὸς ἕω, 1050 παρ' ἐμοί.
Plut. 67 ὃ λέγω.

3) Semel:

O. 22 ταῦτα φλυαρῶ,

anapaestus continetur fine vocabuli et prioribus syllabis eius, quod sequitur. Solutio ipsa apud tragicos deficit, extat autem iterum apud Aristophanem, apud quem, ut nostro exemplo pronomen, alterum ad alterum vocabulum arctissime pertinet.

§ 12.

De anapaestis tertii pedis.

In tertia trimetri pede unus tantum apud Lucianum obviam fit anapaestus:

T. 168 μυ|ελός, οὖ|ρον,

qui ita comparatus est, ut initio vocabuli et antecedentis posterioribus syllabis exprimatur, quo comicorum ipsorum licentiae modum excedit. Nam vel hi talem anapaestum in tertio pede efficere veriti sunt.

Causa, cur unus tantum tertii pedis anapaestus admissus sit, facilis est intellectu: vidimus longe plurimos anapaestos ex una voce constare neque divisos esse. Caesura autem semiquinaria, quae est apud Lucianum usitatissima, efficit, ut vocabula quae continent tertium pedem sint dirimenda, id est, ut tertius pes e pluribus vocabulis conformetur. Etiam hac in re similitudinem quandam cognoscimus inter Lucianum et Aristophanem. Nam

etiam hic e causa quam modo attuli, in tertio pede longe paucissimos anapaestos admittit.

§ 13.

De anapaestis quarti pedis.

Omnino in quarto pede a Luciano 9 anapaesti admissi sunt. Etsi hoc quoque trimetri loco plerumque uno formati sunt vocabulo, tamen prima anapaesti syllaba etiam ultima est praecedentis vocabuli pariterque duae primae sunt duae ultimae praecedentis vocabuli syllabae. Sed primum in censum veniant anapaesti integris vocabulis effecti. Atque

1) hi sunt duo:

T. 171 *ἱεράν*, 266 *πενίᾳ*.

Quae anapaesti compositio — exemplo quod extat in Euripidis Cycl. 232 *ἐφόρουν* excepto — apud tragicos non reperitur. Aristophanes in anapaestis qui uno vocabulo continentur adhibendis non parcus est. Sed imprimis hoc in genere apud eum anapaestus cadit in vocabula quadrisyllaba vel quinquesyllaba. Quorum anapaestorum numerus etiam apud Lucianum paullo maior est. Praebet enim hic et ex postremis et ex mediis vocis syllabis compositos anapaestos. Ac

2) postremis syllabis exprimuntur:

T. 188 *γινομένη*, 182 *εὐτραπέλους*, 261 *Λαρτιάδην*.

Talibus anapaestis etiam Sophocles in quarto pede, sed tantum in nominibus propriis usus est. Euripides quidem complures anapaestos postremis vocis syllabis effectos habet, sed hos quoque magna ex parte nominibus propriis conformatos et in fabulis liberioribus. Idem fere dicendum est de trimetro illo in Python. fab. satyr. frgm. I, 14:

καὶ μὴν ἀκούω μυριάδας τὸν Ἅρπαλον.

3) Unum tantum exemplum extat, quod in quarto pede anapaestum praebeat e mediis vocabuli syllabis constantem in nomine proprio:

T. 259 *Πρωτεσίλαος*,

quam vocem, cum incipiat a longa syllaba non nisi in medio versu locum habere posse patet. Iterum hoc loco nomen proprium esse notandum est. Nam valent de hac solutione verba Rumpelii, quae § 11 attuli, cum de anapaestis in secundo pede adhibitis dicerem. Videtur igitur Lucianus in talibus anapaestis et secundi et quarti pedis parcissimus. Utriusque enim generis

singula sunt exempla. Apud tragicos talis anapaestus, nisi apud Euripidem in nominibus propriis Ἀμφιάραος et Παρθενοπαῖς, non extat. [1]

4) Iam afferendi sunt ii anapaesti, qui in quarto pede constant e duobus vocabulis. Atque habemus:

T. 225 ἴχνεσιν ἀλγεινοῖς,

ubi ita conformatur anapaestus, ut duae breves postremis eius quod antecedit, longa syllaba initio vocabuli efficiatur. De talibus anapaestis, quamquam comicorum legi obtemperant, tamen God. Hermanno assentiendum esse censeo dicenti eos haud ita eleganter esse compositos, cum duae breves vocem terminent, quae in dactylum exeat.

5) Sequitur anapaestus, qui extat unus e vocabuli syllaba finali et bisyllabo compositus:

O. 79 οὔνομ' ἔχων.

Huiusmodi anapaestos, cum breves syllabae altera ad alteram vocem pertineant, viri docti improbantes e trimetris removere voluerunt, ut nostro loco Pelletus pro οὔνομ' scribens ὄνομ', ut dactylus oriatur in tertio pede:

σάλπιγγος αὐτῆς ὄνομ' ἔχων Σωτήριχε.

Quamquam haec mutatio est facillima neque quicquam habet absoni, tamen οὔνομ' hoc loco tenere malim. Nam etiam aliis locis in Luciani versibus pro ὄνομα legitur οὔνομα, ut T. 1, O. 13. Neque facile intellegi potest vocem ὄνομα corruptam esse in οὔνομα; multo facilius contrarium fieri poterat. Praeterea, quod elisio arctius vocabula coniungit, ut unius fere instar pronuntientur, excusatio quaedam nostro loco affertur. Haec anapaesti forma et apud Aristophanem et apud alios poetas comicos perrara est. Extat autem apud:

Pherecratem frgm. 143,22.
Eupolin frgm. 351.
Antiphanem frgm. 85,2.

Cfr. Widegren p. 48 sq.

Ut Luciani ita etiam Aristophanis huiusmodi anapaestos non intactos reliquerunt critici rei metricae studiosi: alii eos expellere, alii defendere voluerunt. Conferas velim, quae de hac re exposuit Widegren p. 48. Omnium autem maxime offensioni videtur

[1] Gregorius Nazianzenus quinque exempla habet, inter quae unum nomen proprium. Cfr. Stoppel p. 55.

esse, si in tali anapaesto non solum incisio, sed etiam interpunctio occurrit, ut Arist. Av. 1226

Εἰ τῶν μὲν ἄλλων ἄρξομεν, ὑμεῖς δ' οἱ θεοί.

(Cfr. Ach weh mir Jammermenschen! wie wird mir's endlich gehn? Wolf. Cfr. Bernhardi de incision. anap. Act. Soc. phil. Lips. I. p. 246.)

Sed eo licentiae Lucianus non progressus est.

6) Fere idem cadit in anapaestum, qualem Lucianus praebet:

O. 153 *πολλὰ μεταστῆναι,*

qui fine vocabuli et initio sequentis effectus tamen in suspicionem vocari non debet. Etiam tales versus viri docti in dubium vocaverunt, ut qui neque interpunctionem neque graviorem sententiae pausam ante tertiam arsin habeant. Cfr. Bernhardium l. c. p. 285 sq.

Secundum Widegrenum apud Aristophanem alterum et tertium anapaesti tempus vocabuli initio efficiuntur his locis:

Ach. 460 *ἴσθι δ' ὀχληρός.*
Nub. 62 *ἐντεῦθεν ἐλοιδορούμεθα.*

Haec quae postremo tractavi quarti pedis anapaestorum genera, quae ne apud comicos quidem frequenter adhibentur, duobus vocabulis effecta apud tragicos omnino non reperiri neque in Euripidis Cyclope neque in tragicorum minorum fabulis, quae quidem superstites sunt, satyricis, iterum ad nostram thesin summam vim habent, cum ex iis denuo manifestum sit Lucianum comicos poetas in metri tractandi ratione secutum esse. Addendum est Gregorium Nazianzenum e duobus vocabulis conformatos anapaestos in quarta senarii sede permultos praebere, qui non modo a tragicorum, sed magna ex parte a comicorum norma abhorreant. Cfr. Stoppel p. 56—59.

Reperimus igitur in 404 Luciani senariis novem anapaestos in quarto pede admissos, e quibus sex uno vocabulo continentur, tres duobus; omnes comicorum legibus obtemperant.

§ 14.

De anapaestis in quinto pede adhibitis.

Eandem parsimoniam quam in quinta sede in tribrachis admittendis reperimus in anapaestis. Unus enim anapaestus invenitur atque is ex una voce constans, quae forma etiam in aliis pedibus apud Lucianum omnium est usitatissima:

O. 136 *δέομαι.*

Etiam hoc loco usum observamus a tragicis alienum, qui quidem anapaesto in quinta sede utuntur, sed tamen non nisi in nominum propriorum posterioribus syllabis, duobus tantum exemplis exceptis in Euripidis fabula satyrica Cycl.:

242 φάκελον, 646 ἀγαθήν,

quae eandem habent solutionem atque nostrum.

§ 15.

Singulis singulorum senariorum solutionibus enumeratis atque explicatis iam dicamus de iis versibus, qui binos ternosve praebent pedes solutos, ac primum quidem de trimetris in quibus eadem solutio bis reperitur.

Bini tribrachi extant:

T. 184 in prima et tertia sede,
O. 70 in tertia et quarta sede.

Has pedum coniunctiones a Luciano usurpatas invenimus apud Aristophanem, qui binos tribrachos habet in 134 senariis, in quibus decem quae fieri possunt generum longe frequentissimam praebet solutionem alterius et quarti pedis, quam etiam apud tragicos minores, qui quattuor locis binos tribrachos exhibent invenimus. [1])

Bini tribrachi vel dactyli apud Gregorium Naz. in uno versu iuncti omnino non extant. Binos deinde dactylos invenimus admissos senariis his:

T. 19, 24, 170?, 172,
O. 13,

quibus in versibus dactylorum coniunctionem nisi in primo et tertio pede non reperiri posse ex iis, quae supra de dactylis a Luciano adhibitis exposuimus, apparet. Nam ubi in quinto pede dactylus admissus est (O. 16 et 25), non cum alio iungitur. Haec autem primi et tertii pedis coniunctio etiam apud Aristophanem, qui in 59 trimetris binos praebet dactylos, est usitatissima.[2])

In quinque Luciani trimetris iambicis bini anapaesti positi sunt: T. 168 in primo et tertio pede, quattuor locis T. 188, 259, 261, O. 60 in primo et quarto pede, cuiusmodi versus etiam apud

---

[1]) Tragicos poetas, quos perpauca tantum pedum solutorum in uno eodemque versu exempla habere constat, ad hanc quaestionem in censum vocare non opus esse mihi videtur.

[2]) Semel dactyli iuncti leguntur apud Ezechielem, semel apud Moschionem; eandem habent consociationem pedum atque Lucianus.

Aristophanem, qui quadringenties hac pedum coniunctione utitur, frequentissimi sunt. In quattuor Gregorii Theologi senariis occurrunt bini quamquam in alias positiones atque apud Lucianum distributi anapaesti. Duobus enim locis apud eum anapaestus in primo et altero pede extat, duobus locis in altero et tertio, quam consociationem Lucianus non praebet.

Iam venimus ad solutiones varii generis in uno versu extantes.

Tribus locis anapaesti et tribrachi iuncti leguntur. Anapaesti coniunctio in prima sede admissi cum tribracho in tertio obviam fit T. 187; quartus pes solutus in anapaestum, alter in tribrachyn T. 225; anapaestum in altero pede coniunctum cum tribracho in tertio invenimus O. 142. Anapaesti cum tribracho coniunctio apud Aristophanem omnium est frequentissima, cum in 522 trimetris iambicis cernatur; permultis locis eadem atque Lucianus pedum consociatione utitur.

Etiam apud Gregorium Naz. in duobus versibus anapaestos et tribrachos iisdem pedibus atque apud nostrum poetam inclusos animadvertimus. [1])

Dactyli in prima sede admissi cum tribracho in tertio pede coniunctio, quam apud Aristophanem persaepe invenimus, apud Lucianum O. 27 et 154 occurrit, dactyli in tertio pede coniunguntur cum tribrachis in altero T. 256, 295, 306, O. 158, quam in eodem versu consociationem pedum varii generis solutorum etiam ab Aristophane longe plurimis locis usurpatam videmus. Nec vero tam frequenter apud Aristophanem obviam fit haec a Luciano adhibita coniunctio, ut dactylus in tertia sede coniungatur cum tribracho in prima, ut T. 253 — quod idem occurrit apud Ezechielem 178 — vel in quarta ut T. 217. Apud tragicos minores dactylorum et tribrachorum coniunctio pro numero senariorum, qui nobis servati sunt, frequens videtur esse.[2])

Omnium autem coniunctionum frequentissima, quae in quinque trimetris iambicis reperitur, est, ut dactylus cum anapaesto in uno versu legatur, quo in genere coniungendi dactylus semper tenet tertium pedem, anapaestus quater primum, T. 60, 164, 216, 252, semel alterum, T. 254.

---

[1]) Anapaestum in prima sede cum tribracho in quinta solus coniunxit Ezechiel exagog. 23. Apud eundem 149 primus pes solutus est in anapaestum, alter in tribrachyn.

[2]) Semel apud Gregorium tribrachyn et dactylum in eodem versu coniunctos invenimus: dactylum in tertia, tribrachyn in quarta sede.

Dactyli in tertio pede adhibiti cum anapaesto in primo coniunctio non solum apud Aristophanem una e creberrimis est, sed etiam in quattuor reperitur senariis tragicorum minorum.[1]

Tres extant in Luciani Tragodopodagra versus, qui ternas praebent solutiones coniunctas. Ac T. 174 tres tribrachos in uno versu coniunctos habemus, qui sunt in primo pede, tertio, quarto. Semel praebet poeta duos anapaestos cum tribracho coniunctos T. 259, ubi anapaesti occupant pedem primum et quartum, tribrachys alterum. Haec est coniunctio, quam etiam Aristophanes creberrime adhibuit. Cuius rationis exemplum neque tragici minores praebent neque Gregorius Nazianzenus. Unum versum reperimus apud Lucianum, qui anapaestos in primo et tertio, tribrachum in quarto pede offert: T. 168.

Cuiusmodi exemplorum 26 apud Aristophanem adhibitorum 15 ita constituta sunt, ut — id quod apud Lucianum obviam fit — tribrachi in altero et quarto pede positi sint, anapaestus in primo. Uno loco O. 62, si integer traditus est, tres varii generis solutiones in uno versu obviae sunt: anapaestus tenet alterum, dactylus tertium, tribrachys quartum pedem. Quale exemplum nisi apud Aristophanem non reperitur.

Videmus igitur poetam, ubi plures solutiones in uno versu extent, operam dedisse, ne quattuor vel quinque sexve breves syllabae alia aliam sequantur. Uno tantum loco O. 62 dactylum sequitur tribrachys, O. 70 et T. 174 duo tribrachi continui extant. Nusquam praebet noster versum, qualis est Aristoph. Acharn. 47:

ἀλλ' ἀθάνατος· ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν,

ubi tribrachyn anapaestus sequitur; propter interpunctionem et cum tribrachys et anapaestus non eiusdem sint dipodiae, de divisione, quam alii hoc versu statuunt, in proceleusmaticum et iambum cogitari non posse mihi videtur. Non minore diligentia poeta noster cavit, ne dactylum exciperet anapaestus.

I. Trimetri autem dodecasyllabi accentu grammatico in paenultima syllaba in paroxytonon exeuntes conspicui sunt 117, e quibus voce bisyllaba concluduntur 95, in trisyllabam vel longiorem vocem exeunt 22, in perispomenen vel in oxytonon vel in proparoxytonon 135.

Ex his 252 trimetris dodecasyllabis spondeum in quarta sede habent:

---

[1]) Ab hac positione tres Gregorii eiusmodi versus alieni sunt.

T. 17 *χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσις* (vid. excurs.),
158 *τῆλιν μετ' οἴνου γυρίνην κολλάμφακον,*
208 *πόλεις ἰχνεύων πάντας, ἠρεύων δόμους,*
O. 166 *δεινὴν δὲ καὶ κρυφαίαν εἰς πάντας κακήν* (Dindorf: *κρυφαῖον*),
in altera sede:
O. 169 *πόθεν μοι* (Dindorf: *με*) *τρυπᾷ τὸν πόδα κρυπτὸς πόνος.*

II. Ex iis trimetris, qui uno pede soluto ternarum denarum syllabarum sunt, habent

tribrachum:

in prima sede:
T. 126, 251; O. 18;
in altera sede:
T. 59, 139, 140, 146, 162, 173, 180, 221, 223, 230, 233, 245, 246, 248, 249, 260?, 262?, 308;
O. 102, 135, 171;
in tertia sede:
T. 237, 264, 267;
O. 36, 42, 43, 45, 49, 76, 107, 112, 124, 131, 139;
in quarta sede:
T. 20, 152, 229, 285;
O. 24, 51, 96, 100, 105, 152, 164.
in quinta sede:
O. 52.

dactylum:

in prima sede:
T. 29, 141, 179, 286, 304, 309;
O. 20, 65, 69;
in tertia sede:
T. 21, 26, 67, 70, 128, 142, 145, 149, 169, 183, 219, 222, 228, 231, 238, 239, 240, 257;
O. 7, 29, 33, 35, 41, 50, 63, 79, 83, 86, 91, 108, 110, 127, 138, 159;
in quinta sede:
O. 16, 25.

anapaestum:

in prima sede:
T. 2, 62, 63, 75, 155, 159, 161, 250, 268, 273, 282, 291, 305;
O. 2, 157;
in altera sede:
T. 156, 262?, 275; O. 82, 109;
in quarta sede:
T. 171, 182, 266; O. 155;

in quinta sede:
O. 136.

Ex his ternarum denarum syllabarum senariis spondei quarta sede habent:

O. 45 *ὑπηρέτης ἀδύνατος γογγύζων γέρων,*
91 *Τί οὖν δοκεῖ σοι; κατακνήσω σου τὸν πόδα* (Gavel *κατακ*

III. Ex iis, qui duobus pedibus solutis quaternarum der syllabarum sunt, habent tribrachos in sede I et III:
T. 184, in III et IV: O. 70;
tribrachum in I et dactylum in III:
T. 253;
tribrachum in II et dactylum in III:
T. 256, 295, 306; O. 158;
tribrachum in II et anapaestum in V:
T. 157;
tribrachum in II et anapaestum in IV:
T. 225;
tribrachum in III et anapaestum in I:
T. 187;
tribrachum in III et dactylum in I:
O. 27, 154;
tribrachum in IV et dactylum in III:
T. 217.

Dactylos in I et III:
T. 19, 24, 170?, 172; O. 13;
dactylum in III et anapaestum in II:
T. 254; O. 62;
dactylum in III et anapaestum in I:
T. 60, 164, 216, 252;
dactylum in III et anapaestum in V:
T. 235?
Anapaestos in I et II:
O. 67;
anapaestos in I et IV:
T. 188, 261.

Nullus inter hos quaternarum denarum syllabarum versı qui spondeum in pari, quae dicitur, sede praebeat.

IV. Quindecim syllabas tribus pedibus solutis complect senarii:
T. 168, 174, 259; O. 62?

§ 16.

Iam de trimetri Lucianei exitu sunt, quae dicamus:

Lucianum 96 trimetros voce terminasse videmus, quae actum grammaticum habet in ultima syllaba, quo, cum numerus ɔetrorum omnium sit 404, evadit proportio 23,8 %. Qua cum portione si aliorum poetarum hac in re usum comparamus, aret Lucianum a lege, quam Alexandrini observaverunt, non orruisse. Ii enim iam a percussione ultimae trimetri syllabae dere coeperunt, id quod optime demonstrat Lycophron, qui lexandrae 1474 trimetris 374 (i. e. 25,4 %) ultima ictu pera praebet.

Attamen etiam in hoc usu poetam nostrum non tam ab tophane, qui 27 %, quam a Sophocle, qui 32,5 %, et ab ipide, qui 30,3 % habet; distantem cernimus. Inde ab altero hr. n. saeculo hanc rationem magis magisque desiisse, donec trier iambicus in barytonon exiret, notum est. (Cfr. Hilberg, Princip Silbenwägung p. 271 sq.) Aliud factum est de ictu anteultimae trimetri syllabae. Nam a trimetris tali modo exibus poetae non paulatim, ut ab iis, quos modo tractavimus, orruerunt. Sed quamquam poetae alii alium praebent talium uum numerum, tamen ne hic quidem senariorum compositio exitus casu et fortuna continetur. Certa enim via progressi tragici, certa comici. Fere consentiunt Aeschylus, Sophocles, ipides, fere Aristophanes, Philemon, Menander. Lucianum em, qui in 404 trimetris 82 eiusmodi suppeditat (i. e. 20,3 %), n hac ratione comicos magis quam tragicos secutum esse e la in Museo Rhenano vol. 38 p. 233 ab Hansseno composita ebit.

Habent enim:

Aeschylus	15,3 %	
Sophocles	12 %	
Euripides	13,5 %	(Cycl. 14,1 %)
Aristophanes	24,7 %	
Philemon	19,7 %	
Menander	21,2 %	

Haec habebam, quae de senariis dicerem.

Nunc ad cantica transeamus.

Pars II.

De metris canticorum.

§ 17.

De anapaestis.

Usitatissima metri anapaestici apud tragicos et comicos forma est dimeter acatalectus, ex quo systemata composita sunt, constanter versu catalectico, quem grammatici paroemiacum appellaverunt, clausa. Hoc metrum in Tragodopodagra usurpavit Lucianus verss. 129—137, 191—203, 325—334, inter quos quidem hoc intercedit discrimen, quod vv. 191—203 sunt anapaesti severioribus legibus adstricti, vv. 129—137 et 325—334 liberioribus. Anapaesti enim illi, quos Hermannus legitimos nominavit, cum ipsi habeant arsin irrationalem, non admittunt solutionem arseos, neque, cum numerus ab initio usque ad finem contineatur, hiatus locum habet nec syllaba anceps exceptis quidem talibus locis, qui interpunctione aut mutata persona excusantur, ut

Soph. Oed. C. 139 *τὸ φατιζόμενον. Χ. ἰώ ἰώ.*

Spondeus pro anapaesto raro admodum ponitur. Lucianus eum non adhibuit nisi in initio quattuor versuum 195, 199, 201 et 192, in quo recte correctum videtur esse *πουλυσθενές* e *πολυσθενές* tradito; nullus enim reliquorum versuum ab iambo incipit.

Caesuram hi versus anapaestici habent post pedem secundum, 193, 197 et 198—201, quorum quisque e duobus tantum vocabulis constat, unde fit, ut cum singula singulas dipodias efficiant, incisio oriatur acutissima. Semel v. 194 caesura post vocabulum bisyllabum ante arsin alterius pedis (*μέγα σὸν κράτος*), interdum, ut 191—92, prorsus neglecta est. Finem cantici huius facit paroemiacus purus, quem antecedit versus brachycatalectus (v. 202), quem ex acatalecto dimetro corruptum esse puto. Omnes versus ita compositi sunt, ut singuli pleno terminentur vocabulo plenaque finiantur sententia. Eiusdem generis sunt Aristophan. Ran. 682, 714, Ar. 1316, 1320, 1321, 1328, 1332, 1333.

Liberiores sunt anapaesti vv. 129—137 et 325—334; differunt

quod permultos spondeos omnibus in pedibus exhibent et ationem in dactylum admittunt.

In paucis versibus, 129 – 137, inveniuntur 15 spondei et 15 ıpaesti. Spondeus ita regnat, ut iure anapaesti spondiaci aplari possint.

Uno versu 135 spondei arsis bis in duas breves syllabas ata est, ut forma sit haec: — ⏑́⏑ ¦ – – ´ – ¦ — ⏑́⏑ | — –́, cont igitur hic versus ex solis dactylis et spondeis. Idem cadit v. 129. Caesuram etiam Luciani versus post priorem dipodiam ent excepto v. 137, quem codices ita praebent:

ταῖς δ' εἰαριναῖς ὥραις.

Viri docti hoc loco paroemiacum restituendum esse censent. i autem scribere volunt:

ταῖςδ' εἰαριναῖσιν ἐν ὥραις.

Seidlerus transpositione verborum locum sanandum esse ısuit:

ὥραις ταῖς εἰαριναῖσιν,

vocula retenta melius videtur:

ὥραις ταῖσδ' εἰαριναῖσιν.

Similis res est in nonnullis aliis versibus: v. 129 in codicibus rmam habet hanc:

Σίγα μὲν αἰθὴρ καὶ νήνεμος ἔστω,

v. 132 sqq. hanc:

βαίνει δαίμων σκίπωνι βάσιν στηριζομένη.
χαίροις μακάρων πολὺ πραοτάτη,
καὶ σοῖς προπόλοις ἵλαος ἔλθοις,
Ὄμματι φαιδρᾷ, δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν.

Cum Pelleto post vocem *βάσιν* novum versum incipientes, cula *καί* in versu 127 deleta, ut uterque versus e tetrapodia nstet, legemus:

Σῖγα μὲν αἰθήρ, νήνεμος ἔστω
καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
ἴδε πρὸς θυμέλας ἡ κλινοχαρὴς
βαίνει δαίμων σκίπωνι βάσιν
στηριζομένη. χαίροις μακάρων
πολὺ πραοτάτη καὶ σοῖς προπόλοις
ἵλαος ἔλθοις ὄμματι φαιδρῷ,
δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν
ὥραις ταῖσδ' εἰαριναῖσιν.

Quod *στηριζομένη* voce finitur sententia, poterat causa esse, r librarius per errorem vocem ipsam versui antecedenti appli-

caret. — Ceterum memor fuit Lucianus locorum Euripidis Hec. 532:

σιγᾶτ', Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς,
σίγα, σιώπα. νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.

et Aristophan. Thesm. 39 sqq.:

εὔφημος πᾶς ἔστω λαός,
. . . .
ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ.

Cfr. Mesomed. = Dionys. hymn. II
(Bergk. Anthol. lyrica p. 522.)

εὐφαμείτω πᾶς αἰθήρ κ.τ.λ.

(Cfr. Schneidewin. Philolog. vol. III. p. 262 et Corp. Inscr. Gr. 6765.)

Ab his anapaestis ii, qui in fine Tragodopodagrae vv. 325—334 leguntur, non differunt nisi eo, quod permultas solutiones exhibent: spondei et dactyli totiens anapaestis substituuntur, ut fere cumulentur. Sed ut in senariis, ita etiam hic cavet poeta, ne, ubi dactylus pro anapaesto ponitur, quattuor breves syllabae continuae concurrant, quas praebet dipodia ex dactylo et anapaesto composita (— ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ —́), qualis est *καὶ μύρον ἐπιχεῖς* apud Arist. Pac. 169. Neque posuit Lucianus — id quod tolerabilius videtur — dactylum in fine prioris, anapaestum in initio proximae dipodiae, ut Eur. El. 1328

θάρσει· Παλλάδος ὁσίαν ἥξεις.

Neque ex anapaesto vel spondeo et dactylo dipodia composita est.[1] Bis autem terminatur spondeo prior dipodia, altera a dactylo incipit:

T. 325 *Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων,*
330 *εἰ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,*

quos praeterea memorandum est ex solis dactylis et spondeis compositos esse; idem valet de versu:

T. 332 *πᾶς ἀνεχέσθω τῶν πασχόντων.*

Caesuram habent omnes versus post pedem secundum excepto ultimo paroemiaco, qui caesura caret. Imitatus est his versibus Lucianus Euripidem, apud quem in fine Androm., Alcest., Bacch. legitur:

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός,
τοῖον δ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Anapaesti cantici vv. 87—111 sunt, quos logaoedicos dixerunt, ita compositi, ut ultimus pes non plenam habeat mensuram, sed post tres anapaestos versus iambo terminari videatur. Quod metri genus, cum arsin irrationalem habeat et solutionem arseos adspernetur, fere solis anapaestis incedit substitutis quidem spondeis. Caesura in hoc metri genere deest. Lucianus autem hoc metro non puro usus est, sed paroemiacis iisque continuis mixto; paroemiacos autem continuos positos, ut natura sua catalecticos, numeri perpetuitate non cohaerere patet. Quo fit, ut tales versus in vocalem exire possint, etiamsi sequens versus a vocali incipit, et syllabam ultimam ancipitem habeant, ut vv. T. 88, 94, 102, 104, 105, 106, 107. Operam tamen dedit, ut plerumque in longam syllabam terminentur, quod id in tam fracto numero aptius visum est. Tam libere autem usurpavit poeta paroemiacos, ut initio novae sententiae eos ponere non veritus sit, ut v. 90—91; certam quandam regulam in iis admittendis observatam non cernimus. Atque versus qui post tres anapaestos puros iambo vel pyrrhichio terminantur, longe maximam omnium partem efficiunt: T. 88, 89, 95, 96, 97, 100, 102, 105, 108. Spondeum in prima sede pro anapaesto positum invenimus in versibus his:

acatalectis: 92, 99, 104;

catalecticis: 87, 91, 93, 94, 98, 101, 107, 110, 117.

Altera sedes in catalecticis nullo, in versibus plenam mensuram habentibus uno loco spondeo efficitur: in nomine proprio v. 107 *Κλωθώ*. Sed haec est scriptura editionum. Traditum est: *μοίρη τότε ἔλουσεν λίθω κλωθώ*. *Μοῖρα Κλωθώ* quod praebent editores a Luciani usu abhorrere videtur, cum nullo alio loco litteris *κλ* syllaba antecedens producatur. Etiam tertia sedes et in acatalectis et in catalecticis ex anapaesto constat. Praeterea, si a spondeo versus initium fit, thesis huius pedis amat vocem monosyllabam, plerumque articulum *τάν*, qui reperitur vv. 87, 91, 98, 99, 110 (quo in versu libri praebent *τήν*, etsi non dubitandum est, quin Lucianus etiam hoc loco adhibuerit formam Doricam horum anapaestorum propriam). Sed non facio cum Gavelio qui idem cadere in versus 92 et 99 ratus pro *Ζηνός* et *ἡμετέρων* scripsit *Ζανός* et *ἁμετέραν*. Nam in hoc ipso metro anapaestico plus semel apud poetas formae Doricae cum aliis sive Ionicis sive Atticis coniunctae sunt.[1])

---

[1]) Cfr. G. Wolff Mus. Rhen. vol. 18 p. 606 et Ric. Dressel in dissert. de Dorismi natura atque usu in tragoediarum Graecarum diverbiis et anapaestis, Jenae 1868 p. 17—44.

Semel monosyllabo *καί* efficitur spondei thesis T. 104.

In paucis tantummodo versibus spondeus incipiens integro bisyllabo vocabulo, quod nomen proprium esse solet, expressus est: 92, 94, 101, 107?. Longioris vocabuli initio efficiuntur spondei, qui incipiunt vv. 93 et 111. Denique notandum mediam paroemiaci, – qui ceteroquin iisdem fere legibus quibus versus acatalectus subiectus est — partem fere omnibus locis longiore vocabulo expressam esse.

Haec de anapaestis.

Sequitur, ut dicamus:

§ 18.

De Anacreonticis. [1]

Ut in omnibus fere carminibus quae ad Cybelem pertinent, ita etiam in Luciani versibus T. 30—53 metrum, quod dicitur *ἀνακλώμενον*, huius generis carminum proprium, adhibitum est. Iam Anacreontem, a quo hoc carminum genus nomen habet, raro admodum puros ionicos a minori usurpasse e fragmentis nobis servatis satis apparet. Idem etiam apud posteriores Anacreonteorum versuum artifices cognoscimus, qui maiores in hoc metro adhibendo licentias sibi sumpserunt; ut apud Callimachum et Catullum (carm. 63), ita ne apud Lucianum quidem unus invenitur purus dimeter ionicus nisi v. 38, de quo infra erit disserendum. Nam apud Lucianum quoque ultima versus syllaba anceps est, duae breves syllabae in unam longam contrahuntur, longa in duas breves solvitur. Non extant quidem versus catalectici, quales praebet Catullus c. 63.

Quibus praemissis ad singulorum versuum compositionem transeamus.

Ac primum quidem sincero modo ⏑⏑ ⏑́ ⏑ — ⏑ —́ — conformati sunt versus:

T. 30 *Ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήβης*, 32 *ἁπαλῷ τελοῦσιν Ἄττῃ*, 37 *κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ*, 41 *πολεμηίαν ἀϋτήν*, 45 *ὅτε πᾶς χλοητόκοισι*, 47 *Ζεφύρου δὲ δένδρα πνοιαῖς*, 48 *ἁπαλοῖς κομᾷ πετήλοις*,

[1]) Cfr. quae Schneidewinus in Philol. vol. III p. 261 sq. et p. 263 sq. de hymnis in Attin exposuit.

T. 50 *μερόπων θροεῖ χελιδών*, 52 *τὸν Ἴτυν στένει δακρύουσ'* (non lego *δακρύοις* propter sequentem dativum *γόοις* [*γόοισιν* 𝔄]).

Duas breves syllabas in unam contractas habemus initio versuum:

T. 33 *καὶ πρὸς μέλος κεραύλου*, 35 *κῶμον βοῶσι Λυδοί*, 39 *κλάζει βρίθουσα σάλπιγξ*, 40 *Ἄρει κρέκουσα θούρῳ*, 42 *ἡμεῖς δὲ σοί, Ποδάγρα*, 44 *μύσται τελοῦμεν οἴκτους*, 46 *ποίαις τέθηλε λειμών*, 51 *καὶ νύκτερος καθ' ὕλαν*, 53 *Ἀτθὶς γόοις ἀηδών*.

(Cfr. Catull. 63, 15: sectam.)

In duobus versibus arsis per *ἀνάκλασιν* effecta in duas breves syllabas dissoluta est:

T. 31 *Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγήν*, 34 *Φρυγίου κατ' ὄρεα Τμώλου*.

Contractionem in initio et solutionem alterius arseos uno dimetro inclusas invenimus:

T. 43 *πρώταις ἔαρος ἐν ὥραις.* [1])

Tribus locis syllaba anceps est eaque bis in exitu:

T. 45 *ὅτε πᾶς χλοητόκοισι*, 38 *νόμον εὐὰν Κορύβαντες*.

Causa, cur in hoc versu Gavelius vocabula in hunc modum transposuerit *νόμον Κορύβαντες εὐάν* haec fuisse videtur, quod omnium solus est meros ionicos formae ⏑⏑–́ – ⏑⏑–́ ⏓ praebens. Sed aperte falsum, quod nulla analogia praesidio est, nullus alius versus ab iambo incipit. Retineamus igitur, qui traditus est, dimetrum sine anaclasi. Deinde semel initio versus syllaba anceps est:

T. 49 *ἁ δὲ δύσγαμος κατ' οἴκους*,

quo loco viri docti *δὲ* delendo merum metrum restituere volunt. Fere idem valet de versu

T. 36 *παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις*.

Ne hic quidem versus claudicat, si *δ'* deletur. Etiamsi facile fieri poterat, ut particula *δ'* a librario, qui coniunctionem desideraret, insereretur, tamen nihil mutem. Iam enim poetae dramatici quartam huius generis versus syllabam pro ancipiti habuerunt, cfr. Aeschyl. Suppl.

1021 *περιναίονται παλαιόν*,
1027 *τόδε μειλίσσοντες οὖδας*.

Aristoph. Ran.

345 *ἀποσείονται δὲ λύπας*.

---

[1]) Duarum arseon solutionem, qualem apud Catull. 63, 63: „ego mulier ego adolescens ego ephebus ego puer“, apud Lucianum non habemus.

De versu T. 39 disceptant viri docti. Alii legunt κλάζει βρίθουσα σάλπιγξ, Dindorfius proposuit κλάζει δὲ βριθὺ σάλπιγξ, sed hoc nimis a scriptura tradita κλάζει δὲ βρίθουσα σάλπιγξ aberrat. Prius mihi probabilius videtur, cum etiam v. 36 eodem versus loco syllaba longa sit.

Cfr. ad v. 36 sq. Pseudorigenis versus:

Οὐ κωδώνων σὺν βόμβοις,
Οὐδ' αὖτ' αὐλῶν Ἰδαίων,
Κουρήτων ἰβυκτήρων κ. τ. λ.
(Schneidewin in Philol. vol. III p. 263.)

§ 19.

De Sotadeis.

Venimus ad versus T. 113—124. Etiam in hoc versuum genere, quod a Sotade nominatur, per ἀνάκλασιν quandam ex Ionici a maiore forma –́ –́ ◡◡ alia fit –́ ◡ –́ ◡.

Quamquam Ionicus a maiore natura sua permultas recipit mensurae varietates (forma enim –́ –́ ◡◡ pura continet has duodecim ◡◡́ ◡◡́ ◡◡ ◡◡, forma –́ ◡ –́ ◡ ἀνακλωμένη has sedecim ◡◡́ ◡◡ ◡◡́ ◡◡, unde omnino prodeunt duodetriginta), tamen versus Sotadei in universum severam compositionem praebent.

Nullae enim valent mutationes nisi quae metro ipso permissae sunt solutiones, contractiones, pro brevi finali syllaba longa et, ut metrici docent, rarius choriambus. Hoc modo compositi sunt Sotadis ipsius versus, qui nobis servati sunt apud Hephaestionem, Athenaeum, Stobaeum, deinde versus Moschionis (cfr. Puchstein: Epigr. Graec. in Aegypt. reperta, Diss. phil. Argent. 1880.) et nonnulli alii dispersi, ut:

ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβήθη, τὸ δ' ἔτεκε μῦν,

in quo versu ab Hermanno (el. d. m. p. 444) neglecto paenultima longa syllaba in duas breves soluta est, quocum conferas versum, quem Buecheler Romanorum esse negat (Mus. Rhen. vol. 35 p. 399—400.):

„quem non pudet et rubet non est homo sed ropio."

Cfr. Wilamowitz, Philol. Untersuchungen vol. IX p. 139 sq.

Romani autem in hoc metro adhibendo non multum distant a Graecis; perpaucis quidem tantum usi sunt pedis Ionici a maiore formis. Quod ostendit Lachmannus, qui in egregia de Romanorum Sotadeis quaestione (Ind. lectt. Berol. 1849/50): „Hoc igitur", inquit, „metro, cuius omnem rationem saeculo p. Chr. n.

primo grammaticos et rhetoras perspectam habuisse ex iis quae diximus apparet, Petronius et Martialis postque eos Terentianus Maurus ita usi sunt, ut ne minima quidem licentia admissa versus funderent expeditissimos. Nam cum pedis *ἀπὸ μείζονος* Ionici figurae in hoc versuum genere undecim usu receptae sint, illi quos diximus poetae ex his usi sunt non pluribus quattuor, quae sunt omnium simplicissimae, — — ⏑ ⏑, ⏑⏑ — ⏑⏑, — ⏑⏑ ⏑ ⏑, — ⏑ — ⏑." Fere non alio modo compositos fuisse Sotadeos Ennii, Attii, Varronis e Lachmanni commentatione apparet.

Has regulas quas omnes poetae et Graeci et Romani secuti sunt etiam Lucianus fere servavit. Habemus apud eum tetrametros brachycatalectos in bisyllabum, constantes e tribus Ionicis et, qui videtur, spondeo, cuius quidem locum raro trochaeus tenet, nam in fine versus syllaba anceps est. E formis illis permultis, quarum aliae frequenter aliae raro aliae vix unquam usurpatae sunt, Lucianus praebet has:

pedum eorum, in quibus purus est Ionicus:

I —́ —́ ⏑ ⏑
II —́ ⏑́⏑ ⏑ ⏑
III ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑
IV ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑

pedum eorum, in quibus *ἀνακλώμενος*:

V —́ ⏑ —́ ⏑
VI ⏑́⏑ ⏑ —́ ⏑

Ex his sex formis versus tali modo compositi sunt:

113: ex I, II, VI et spondeo,
114: ex II, V, V et spondeo,
115: ex II, I, V et trochaeo,
116: ex I, I, I et spondeo,
117: ex III, II, V et trochaeo,
118: ex II, I, VI et spondeo,
119: ex IV, I, V et spondeo,
120: ex III, V, VI et spondeo,
121: ex IV, I, I et spondeo,
122: ex III, V, V et spondeo,
123: ex I, V, V et spondeo,
124: ex VI, I, VI et spondeo,

Invenitur igitur forma:

I in prima sede vv. 113, 116, 123.
in altera sede vv. 115, 116, 118, 119, 121, 124.
in tertia sede vv. 116, 121.

II in prima sede vv. 114, 115, 118.
in altera sede vv. 113, 117.
in tertia sede v. nullo.
III in prima sede vv. 117, 120, 122.
in altera sede } v. nullo.
in tertia sede }
IV in prima sede vv. 119, 121.
in altera sede } v. nullo.
in tertia sede }
V in prima sede v. nullo.
in altera sede vv. 114, 120, 122, 123.
in tertia sede vv. 114, 115, 117, 119, 122, 123.
VI in prima sede v. 124.
in altera sede v. nullo.
in tertia sede vv. 113, 118, 120, 124.

Quibus expositis hanc nacti sumus tabulam:

	sed. I	sed. II	sed. III
I	–́ –́ ⏑ ⏑	–́ –́ ⏑ ⏑	–́ –́ ⏑ ⏑
II	–́ ⏑́⏑ ⏑ ⏑	–́ ⏑́⏑ ⏑ ⏑	. . . . . .
III	⏑́⏑ –́ ⏑ ⏑	. . . . . .	. . . . . .
IV	⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑	. . . . . .	. . . . . .
V	. . . .	–́ ⏑ –́ ⏑	–́ ⏑ –́ ⏑
VI	⏑́⏑ ⏑ –́ ⏑	. . . . . .	⏑́⏑ ⏑ –́ ⏑

In hoc explicando rationem Hermanni El. doctr. metr. p. 449 secutus sum.

v. 113 cum G. Hermanno feci scribens *προχέομεν ἀποτομαῖς σιδάρου; ἀμέτρως* et contra sensum sic traditus est:

προσχέομεν ἀπὸ στόματος σιδάρου.

Etsi inter omnes versus nullus est qui eandem quam alius praebeat metri formam, tamen regulas quasdam constituere possumus. Videmus enim formam I in omnibus tribus pedibus (quartum catalecticum non in censum voco, quem semper fere spondeus teneat), frequentissime autem in secundo, formam II in primo et altero non in tertio adhibitam esse. Forma III et IV non nisi in primo pede usitatae sunt. V abhorret a prima sede, non autem ab altera et tertia, in quibus omnium formarum est usitatissima. Fere idem cadit in formam VI, quae quidem deest in pede altero; unum eius exemplum invenitur in primo

pede. Omnium frequentissimae sunt I et V formae illae principales, rarissimae III et IV. In universum autem patet pedes Ionicos esse proprios primae et secundae versus sedis, *ἀνακλωμένους* in qualibet quidem sede sed frequentius in tertia quam in reliquis inveniri. Semel enim tantummodo *ἀνακλώμενον* eumque solutum in primo pede legimus v. 124. Quam ob rem etiam illas formas ex una longa syllaba et quattuor brevibus vel ex senis brevibus constantes II et IV, quamquam utrumque numerum admittunt (et –́ ⏑́⏑ ⏑ ⏑ vel ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑ et –́ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ vel ⏑́⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑) iis adieci quae Ionicum *ἀπὸ μείζονος*, non iis quae *ἀνακλώμενον* efficiunt. Excepto v. 116 nullus apud Lucianum versus est, qui in omnibus locis habeat Ionicos puros neque qui omnes pedes praebeat *ἀνακλωμένους*, quales traditi sunt apud Stobaeum V p. 65 et Serm. XCVI p. 528.

Admissio syllabae ancipitis apud Lucianum in medio versu — id quod sine dubio etiam elegantius — non fit, admittitur tamen nonnunquam in fine, ut vv. 115, 117.

Finiuntur fere omnes versus vocabulo integro spondiaco, exceptis tantummodo vv. 113, 123, 124.

De caesura in Sotadeis versibus dubitari potest. Puto eam in numero tam fracto locum non habere. Negari quidem non potest in nonnullis versibus caesuram inveniri posse, si quaeratur. Sed in longe plurimis et apud Lucianum et apud alios quos supra nominavi huius generis versuum poetas aperte neglecta est. Puchsteinius l. c. caesuram Sotadeorum defendit, sed cogitur caesuram in medio vocabulo statuere, quam nullam esse equidem cum Wilamowitzio l. c. censeo. Quapropter etiam versum illum Luciani T. 116 obstantem mutare vult. Sed

οὐδ᾽ ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων,
i. e.: –́ ‧ ́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ ! –́ ⏑⏑ –́ ‧ –́

neque ullo vitio laborare neque caesuram habere quis est quin Wilamowitzio concedat? Si numerus Sotadeorum maior esset, maiore cum probabilitate leges quibus circumscripti sunt metricas constituere possemus, sed in tanta exemplorum paucitate difficile est fines in compositione eorum describere. Quantum autem hi versus Lucianei ab iis quos alii poetae fecerunt distent (si quidem magnum discrimen esse potest), ex accuratissima G. Hermanni expositione „doctrinae metricae" p. 438—453 videas velim.

§ 20.

De meiuris.

Sub finem Tragodopodagrae (v. 312—324) Lucianus lepide imitatus incessum hominis repentino dolore ex podagra claudicantis adhibuit hexametros qui exeunt in iambum vel pyrrhichium; qualem versum veteres grammatici et metrici (Athenaeus XIV p. 632 D; schol. Heph. p. 168; Terentianus v. 1920 sq.; Victorinus I, 21.) vocabant *στίχον μείουρον* vel *τελίαμβον* (cfr. Studemund.: *εἴδη* hexametri, Jahrb. f. Philolog. 1867 p. 609—623). Exemplum esse dicunt illud Homeri Il. *M.* 208:

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

At iam Heliodorus recte monuit syllabam ὄ productam esse maiore vi quae in aspirata posita sit.[1]) Cfr. G. Hermann, El. d. metr. p. 354.

Non aliter iudicandum est de alio quem Homerus praebet versu *Ω* 425 *δῶρα διδόναι*, nam hoc loco *διδοῦναι* auctoritate Aristophanis Byz. nititur. Sed revera a quibusdam posterioris aetatis poetis versus qui *μείουροι* dicuntur compositi sunt, de quibus disseruit Terentianus Maurus v. 1931 sq. verba faciens de Livii Andronici in Inone quattuor versibus. (Cfr. tamen Ribbeck, Röm. Tragödie p. 34.)

Lucianum in componendis huius generis versibus certis legibus se adstrinxisse apparet. Tredicem enim qui apud eum leguntur versuum decem ita comparati sunt, ut paenultima syllaba accentum habeat. E vocabulis quae versus concludunt quattuor sunt bisyllaba:

T 312 *βία*, 313 *βέλει*, 318 *ἔριν* 319 *πλέκει*,

quae omnia sunt paroxytona. Si trisyllaba vox in fine hexametri extat, quod septies obviam fit, plerumque nomen proprium est, ut:

T. 314 *Μαρσύας*, 316 *Νιόβη*, 317 *Σιπύλῳ*, 321 *Πυθίου*,

quibus accedunt:

322 *Ποδάγρα*, 320 *μερόπων*, 315 *πίτυϊ*.

Haeremus sane in hoc versu 315. Cod. *K* et editiones praebent etiam in hoc versu paroxytonon *πίτυς*, sed *ἀμέτρως* habent

---

[1]) Quocum versu conferre possumus, quod Aeschylus ipse in Choeph. 1049 *φαιοχίτωνες* ut *φαιοχχίτωνες* pronuntiavit.

δέρμα πίτυς. Schaeferus ad Eur. Hec. Porson. v. 293 p. 25 *δέρματι πίτυς* legere vult. Sed cum hoc contra sensum sit praefero Jensii et Hermanni coniecturam *πίτυϊ,* quamquam accentus obstat. Si Lucianus in ultimo pede vocabulum adhibet plus quam tres syllabas continens, antepaenultima sub ictum cadit. Nam legimus

T. 323 *ἀνώδυνον,* 324 *εὐπερίπατον,*

quorum versuum compositio parum elegans videtur.

Id egisse videtur poeta, ut sextus pes conformaretur iambo et paenultima syllaba accentum haberet. Sed ter pro iambo positus est pyrrhichius: T. 318, 323, 324. Quintus pes tribus in versibus spondeus est: T. 314, 321, 323. Quam ob rem G. Hermannus el. doctr. metr. p. 355 censet dubitari posse quo numero finiatur. Propter spondeos illos „apertum est“, inquit, „non posse de paeonico exitu cogitari. Quodsi quis ultimas duas syllabas ab reliquis seiungi volet, quod sane conveniret cum descriptione grammaticorum hoc modo:

— ⏔ — ⏔ — ⏔ — ⏔ — ⏔ ⏑ —

non habebit certe quo carminis illius versum 323 defendat. Qui cum neque sententia laboret nec facile corrigi posse videatur, nescio an hoc metri genus ex tetrametro dactylico et dipodia iambica compositum sit ea lege, ut plerumque dipodia ista iambica longam anacrusin, solutam autem primam arsin habeat, in dactylico autem illo ultimus pes plerumque dactylus sit:

. ⏗ ⏔ — ⏔ ⏗ ⏑⏑ — ⏑⏑ | ⏓ ⏔́ ⏑ —.

Ita iam versum illum recte tuebimur:

κοῦφον, ἐλαφρόν, ἄδριμυ, βραχυβλαβές, ἀνώδονον.

Haec ratio si vera est, poterit versus etiam puro diiambo vel tribracho et iambo finiri, caeterum elegantior erit caesura facta in fine partis dactylicae. Et habent hanc caesuram plerique horum versuum“. Sed huic Hermanni sententiae non assentior. Ego puto cum grammaticis in hoc metri genere ultimum pedem solum esse, cuius ratio habenda sit et formam versus revera esse hanc:

— ⏔ — ⏔ — ⏔ — ⏔ — ⏔ | ⏑ —

Quod ad illud *ἀνώδυνον* attinet, nihil aliud nisi productio illius ᾱ praeter consuetudinem hoc loco fieri sed analogia aliorum adiectivorum ab *α* privativo incipientium, ut *ἀθάνατος, ἀδύνατος,* satis excusari mihi videtur. [1])

---

[1]) Cfr. etiam nomen *Ἀληκτώ* T. 6.

Etiam Hermannus ipse sententiam suam de meiuri exitu postea reiecisse videtur. Nam in Epitomae doctr. metr. editione tertia p. 128 de nostro versu: „Correxi“, inquit, „ultimum versum, in quo *ἀνώδυνον* legebatur“, praebet enim illo loco probans Bekkeri coniecturam *εὐώδυνον*, sed hoc propter sensum parum verisimile est.

Excursus.

Si in excursu in Luciani prosodiam inquirere animum inducimus, maxime quaeritur, quanam ratione poeta usus sit correptione illa quam dicunt Atticam. In syllaba enim ante mutam cum liquida tractanda suam fere quisque poeta sequitur normam. Id tamen in omnibus observare licet extremam vocis syllabam quam sequitur vocabulum a muta cum liquida incipiens facilius corripi et multo rarius produci quam syllabam quae media in voce locum habeat ante mutam sequente liquida. Vocabula cum alia voce vel cum praepositione vel cum *α* privativo composita quae in ipsa comissura mutam cum liquida exhibent, usurpantur quasi e duobus constarent, ex quo sequitur ut ea quoque admittant correptionem lenissimam. Res eadem fere est in augmento et in reduplicatione. Ut exemplis quae dixi explicem: in iuncturis ut *ὡς δαίμονι πληγείς*, *σιδηρόπλαστος*, *περικρεμής*, *ἄχρηστος*, *ἐπλήγην*, *πέπρακται* multo facilius corripitur, quam in *τέχνη*, *ὅπλον*, *πέπλος*, *πέτρος*. Cfr. Goebel de corrept. Attic. p. 8 et p. 20. Quorum memor inspicias velim tabulam sequentem, in qua omnes loci ubi apud Lucianum vocalem brevem sequitur muta cum liquida inveniuntur collecti. Canticorum tamen ob causas a Rumpelio Progr. Interb. 1866 p. 1 expositas rationem non habui sed ea solum exempla collegi quae in trimetris iambicis extant, omissis etiam iis mutae cum liquida coniunctionibus ante quas ne comici quidem syllabam corripiunt.

Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps primi, tertii, quinti pedis	
in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante π λ:					
T. 251 ἐδάμασα πλεί- στους O. 63 σὺ πληγῆς 109 δαίμονι πληγείς 126 οἶδα, πλήν	T. 304 πέπλος O. 81 ἁπλοῦν 61 ἐπλήγην 86 ἐπλήγην 104 ἐπλήγην 135 διπλῆς	—	—	T. 13 δόμοισι Πλουτέως 170 ἑπτὰ πλείονες O. 93 τομαῖσι πλεῖστον 172 εἶμι, πλήν	T. 14 ἁπλῶς O. 119 ὁπλίζεται 164 σιδηρό- πλαστον
ante τ λ:					
T. 58 ἔγειρε, τλῆμον	—	—	—	—	—
ante κ μ:					
—	T. 27 δυστέκμαρτον	—	O. 130 ἀκμήν	—	T. 233 κεκμηκότα O. 165 τεκμήριον
ante ϑ μ:					
—	—	—	T. 221 βαϑμῶν	—	—
ante π ν:					
—	O. 108 νυκτὸς διυπνίσας	—	—	—	O. 107 ὑπνοῖ
ante φ ν:					
—	T. 77 δάφνης 262 κατέπεφνον O. 154 ἄφνω	—	—	—	—

Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante κν:					
—	T. 2 τέκνον O. 17 δάκνει 91 σοι; κατα-κνήσω	—	—	—	O. 80 δάκνει
ante χν:					
—	T. 149 τέχνην 151 ἀνδράχνην 208 ἰχνεύων O. 31 ἴχνος 85 τέχνην 156 τέχνη	—	T. 225 ἴχνεσιν	—	T. 57 ἴχνος 148 τεχνήματα O. 33 ἰχνευμένον
ante πρ:					
T. 63 τοῦτο πρός 206 ἔστι πρᾶξις 241 βέλτιστε, πρᾶξις O. 139 σὺ πρόσθες 50 ὁ πρέσβυς	T. 161 κόπρον 242 πέπρακται	—	T. 16 λυπρόν	T. 126 ἧκε πρευμενής 229 τὸ πρόσθε 259 ἔπεσε Πρω-τεσίλαος 290 γυῖα προςβολῇ O. 74 σε πρός 105 τὸ πρῶτον 117 ἃ πρίν 155 σε πρός	—
ante φρ:					
T. 113 ἔψουσι φρύνους	T. 237 ἐλαφρά	T. 178 δὲ φρονοῦσι	—	—	T. 213 ἐφραζέτην
ante βρ:					
—	T. 304 ἢ διαβρεχής	—	—	O. 154 ὁποῖα βρέφος	—

	Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante κρ:	T. 23 ὁποῖα κρητήρ 249 ὁ Κρονίδας O. 118 δεινὰ κρύπτων	T. 142 ὄλβον περι-κρεμής 17 ἄκρας 18 πικρῷ 166 δάκρυ 283 ἄκρους O. 115 πίκρον 132 δακρύσεις	O. 169 πόδα κρυπτός	T. 17 ἄκρων 286 πικρόν O. 143 μικρόν	—	T. 5 πικρῷ 7 νεκροῖς O. 108 ἐκραύγασεν
ante χρ:	T. 268 δὲ χρῖσμα 270 τὸ χρῖσμα	T. 284 ἄχρι 296 κέχρισται	—	—	T. 277 ὁ χρισθέν	O. 90 ἄχρηστον
ante γρ:	—	T. 2 ποδάγρα 188 ποδάγρα 252 ποδαγρός 253 ποδαγρός 254 ποδαγρός 256 ποδαγρός 257 ποδαγρός 260 ποδαγρός O. 2 ποδάγρα 139 ἄγραν T. 188 ἄγρα	—	T. 70 ποδαγρῶν 255 ποδαγρός	—	T. 128 ποδαγρῶν 139 ποδάγραν 248 ποδάγρας

	Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante *κν*:	—	T. 2 *τέκνον* O. 17 *δάκνει* 91 *σοι; κατα-κνήσω*	—	—	—	O. 80 *δάκνει*
ante *χν*:	—	T. 149 *τέχνην* 151 *ἀνδράχνην* 208 *ἰχνεύων* O. 31 *ἴχνος* 85 *τέχνην* 156 *τέχνη*	—	T. 225 *ἴχνεσιν*	—	T. 57 *ἴχνος* 148 *τεχνήματα* O. 33 *ἰχνευμένον*
ante *πρ*:	T. 63 *τοῦτο πρός* 206 *ἔστι πρᾶξις* 241 *βέλτιστε, πρᾶξις* O. 139 *σὺ πρόσθες* 50 *ὁ πρέσβυς*	T. 161 *κόπρον* 242 *πέπρακται*	—	T. 16 *λυπρόν*	T. 126 *ἧκε πρευμενής* 229 *τὸ πρόσθε* 259 *ἔπεσε Πρω-τεσίλαος* 290 *γυῖα προςβολῇ* O. 74 *σε πρός* 105 *τὸ πρῶτον* 117 *ἃ πρίν* 155 *σε πρός*	—
ante *φρ*:	T. 113 *ἔψουσι φρύνους*	T. 237 *ἐλαφρά*	T. 178 *δὲ φρονοῦσι*	—	—	T. 213 *ἐφραζέτην*
ante *βρ*:						

	Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante κν:	—	T. 2 τέκνον O. 17 δάκνει 91 σοι; κατακνήσω	—	—	—	O. 80 δάκνει
ante χν:	—	T. 149 τέχνην 151 ἀνδράχνην 208 ἰχνεύων O. 31 ἴχνος 85 τέχνην 156 τέχνη	—	T. 225 ἴχνεσιν	—	T. 57 ἴχνος 148 τεχνήματα O. 33 ἰχνευμένον
ante πρ:	T. 63 τοῦτο πρός 206 ἔστι πρᾶξις 241 βέλτιστε, πρᾶξις O. 139 σὺ πρόσθες 50 ὁ πρέσβυς	T. 161 κόπρον 242 πέπρακται	—	T. 16 λυπρόν	T. 126 ἧκε πρευμενής 229 τὸ πρόσθε 259 ἔπεσε Πρωτεσίλαος 290 γυῖα προςβολῇ O. 74 σε πρός 105 τὸ πρῶτον 117 ἃ πρίν 155 σε πρός	—
ante φρ:	T. 113 ἕψουσι φρύνους	T. 237 ἐλαφρά	T. 178 δὲ φρονοῦσι	—	—	T. 213 ἐφραζέτην
ante βρ:	—	T. 304 ἢ διαβρεχής	—	—	O. 154 ὁποῖα βρέφος	—

Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante κρ:					
T. 23 ὁποῖα κρητήρ 249 ὁ Κρονίδας O. 118 δεινὰ κρύπτων	T. 142 ὄλβον περι- κρεμής 17 ἄκρας 18 πικρῷ 166 δάκρυ 283 ἄκρους O. 115 πίκρον 132 δακρύσεις	O. 169 πόδα κρυπτός	T. 17 ἄκρων 286 πικρόν O. 143 μικρόν	—	T. 5 πικρῷ 7 νεκροῖς O. 108 ἐκραύγασεν
ante χρ:					
T. 268 δὲ χρῖσμα 270 τὸ χρῖσμα	T. 284 ἄχρι 296 κέχρισται	—	—	T. 277 ὃ χρισθέν	O. 90 ἄχρηστον
ante γρ:					
—	T. 2 ποδάγρα 188 ποδάγρα 252 ποδαγρός 253 ποδαγρός 254 ποδαγρός 256 ποδαγρός 257 ποδαγρός 260 ποδαγρός O. 2 ποδάγρα 139 ἄγραν T. 188 ἄγρα	—	T. 70 ποδαγρῶν 255 ποδαγρός	—	T. 128 ποδαγρῶν 139 ποδάγραν 248 ποδάγρας

Syllaba brevis		Syllaba longa		Syllaba anceps	
in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce	in extrema voce	in media voce
ante τρ:					
O. 30 νυγμοῖσι τρυπᾷ T. 240 σὸς ταχὺ τρέχων	T. 12 πέτρῳ 157 νίτρον 164 βατράχους 272 πατρός	—	T. 26 πετρῶν 268 πατροδώρητον 291 ἀτρεκέστερον O. 6 ἀτρεκῆ	T. 262 ἄκανθα τρυγόνος O. 36 ἀτραυμάτιστος	—
ante θρ:					
T. 151 φύλλα θριδάκων O. 24 ὁ θρασύς	T. 281 σκυθρωπαί O. 113 ἐξεθρήναι	O. 14 πᾶσι θρίαμβος	T. 59 μελάθρων 232 σαθράν	—	T. 5 ἐξέθρεψε
ante δρ:					
—	T. 10 ἔδρασαν 231 ἱδρώς 239 παραδράμῃ	—	T. 282 πάρεδροι	—	T. 14 δεδρακότας 264 δεδράκατε 288 δεδράκαμεν
ante βλ:					
—	—	—	—	—	T. 290 στρεβλούμενοι O. 73 βεβλημένος
ante γλ:					
—	—	—	—	—	T. 150 ἀρνόγλωσσα
ante κλ:					
—	O. 2 κέκλημαι 62 περικυκλοῖς 70 ἔκλυον 102 ἔκλυες	—	—	O. 134 τί κλῄζεται	—
ante φλ:					
T. 22 δίναισι φλόγμων O. 22 ταῦτα φλυαρῶ	—	—	—	O. 87 πάρεστι φλεγμονή	—

Si quis haec quae apud Lucianum extant exempla et correptionum et productionum examinaverit, statim videbit poetam frequentius corripuisse rarius produxisse. Correptionis exempla inveniuntur 78, productionis 19, et ne haec quidem omnia indubitata. Sed tabula apposita simul patefacit Lucianum certam regulam in correptione quae dicitur Attica tractanda secutum esse nullam. Secundum Koppium (Mus. Rhen. vol. 41 p. 248 et 255/56.) Lucianus in Tragodopodagra Euripidis, in Ocypode Aristophanis rationem sequitur. Poeta syllabas metitur ut numerus postulat. Multae voces aliis locis alia mensura adhibitae sunt, ut ἄκρος, πικρός, μικρός, πέτρος, aliae. Quod optime observari potest in voce ποδάγρα vel ποδαγρός, quae in Luciani senariis quater decies invenitur:

syllaba δα brevis est decies, T. 2, 128, 188, 252, 253, 254, 256, 257, 260, O. 2; longa bis, T. 70, 255; quibus accedunt in canticis vv. T. 42 et 203; duobus locis quibus anceps videtur, T. 139 et 248, tribrachyn anapaesto praeferendum esse putavi, quia numerus eorum locorum, quibus syllaba ante mutam cum liquida γρ correpta, maior est quam quibus producta. Fere eodem modo de nonnullis aliis locis iudicandum est. Ita ad tribrachyn O. 102 γὰρ ἔκλυες conferas O. 70, ubi in eadem voce ε ante κλ corripitur. Ad O. 154 ὁποῖα βρέφος cfr. T. 304 ἢ διαβρεχής, ad T. 262 κατέπεφνον cfr. T. 77 et O. 154, ubi bis ante φν vocalis corripitur, quapropter voce κατέπεφνον tribrachyn effici statuere malim. [1])

T. 237 in voce ἐλαφρά de λα syllabae mensura dubitari potest, quia apud Lucianum eiusmodi mutae cum liquida iunctura haec est una, in disputatione mea pro brevi eam adhibui.

Idem fere valet de T. 230 δόχμιος voce, quam pro dactylo habui. Semel eo processit poeta, ut eodem versu eandem vocem ἄκρος [2]) duplici mensura adhiberet: T. 17, ut Homerus Ἄρες, Ἄρες.

Correptiones adhibuit Lucianus in extrema voce 22, in media 56, inter quas quidem 14 inveniuntur in eis compositis aut reduplicationibus augmentisve, ubi in ipsam iuncturam cadit correptio. Longe plurimas easque in media voce admissas videmus ante mutam cum liquida ρ, quibus sequuntur iuncturae πλ et χν. Raro tantum correptio, quae fit in media voce, admissa est in arsi soluta, nam praeter illas voce ποδάγρα vel ποδαγρός effectas

---

[1]) In hac disputatione p. 32 anapaestis eum attribui.

[2]) Cfr. etiam verba Koppii de ἄκρος voce facta Mus. Rhen. vol. 41 p. 265.

una tantum huiusmodi invenitur T. 164 βατράχους. Paulo maior est numerus eorum exemplorum, ubi in solutione duobus vocabulis effecta correptio in media voce ante mutam c. l. admittitur, ut in tribrachis:

T. 237 νωθρὸν ἐλαφρά,

O. 70 γὰρ ἔκλυον, 102 γὰρ ἔκλυες,

in dactylis:

T. 142 ὄλβου περικρεμής, 239 ἀπήνη παραδρόμη, 240 σὸς ταχὺ τρέχων, 304 ἢ διαβρεχής,

O. 91 σοι; κατακνήσω, 108 νυκτὸς διυπνίσας,

quas omnes fere correptiones esse lenissimas, quae efficiantur in vocabulis cum praepositione compositis, videmus.

Fere idem est numerus locorum, quibus in tribracho et anapaesto syllaba ante mutam cum liquida in extrema voce extans corripitur. Legimus enim:

T. 151 φύλλα θριδάκων, 249 ὁ Κρονίδας,

O. 24 γενναῖος, ὁ θρασύς, 154 ὁποῖα βρέφος, 22 ταῦτα φλυαρῶ, 109 δαίμονι πληγείς,

Dactylus tali modo conformatus deest.

Quodsi quaesiveris, utrum leniores correptiones an graviores saepius admiserit poeta, eum nec his illas nec illis has praetulisse e tabula nostra patebit.

Sed aliter res se habet in productionibus. Productionis enim exempla vides omnino 19 adhibita, e quibus in media voce extant 16, unde patefit in productione poetam severiorem esse quam in correptione. Nullo autem loco productionem in compositis aut in augmentis reduplicationibusque invenimns. Quam raro etiam in extrema voce producatur item elucet, nam tria tantum exempla reperiuntur, ex quibus unum excusatur ν paragogico supplendo:

O. 14 πᾶσι θρίαμβος.

Sed etiam duae aliae in extrema voce extantes ante mutam liquida sequente productiones a viris doctis tentatae sunt:

T. 178 Dindorfius legere vult pro τοῖς δὲ φρονοῦσι — τοῖσι δὲ φρονοῦσι, ita ut oriatur dactylus in primo pede; deinde O. 169 πόδ' αὖ κρυπτός pro πόδᾱ κρυπτός, quo loco Koppius (Mus. Rhen. vol. 41 p. 256) τις post vocem κρυπτός inserendum esse putat. Tamen nihil mutare ausim, etsi certo diiudicare hanc quaestionem difficile est. Nam Lucianus etiam aliis in rebus tam libere metrum tractavit, ut causam non videam cur hanc licentiam eum sibi sumpsisse negemus. Ceteras productiones vides longe plurimas

ante mutam cum liquida ϱ, unam ante $\chi\nu$, unam ante $\beta\mu$, unam ante $\varkappa\mu$; itaque et producitur et corripitur saepissime ante ϱ. Ex iis quae supra de ea correptione in media voce dixi quae in arsi soluta fiat, apparet productionem, cum admissa sit, imprimis in iis vocibus adhiberi quae vocali correpta solutionem postulant. Sed — id quod mirum est — quamquam Lucianus in solutionum usu largissimus est, tamen nonnullis locis solutionem eum de industria vitasse manifestum est, ut T. 282, 291, O. 6. Cfr. tamen Koppium in Mus. Rhen. vol. 41 p. 257 et 258.

Denique poeta etiam in iis trimetri locis ubi syllaba anceps est correptionem Atticam aliter atque exspectamus usurpavit. Nam cum saepius corripuerit rarius produxerit. — correptiones sunt 78, productiones 19 — talia vocabula, in quibus mutam cum liquida praecedit syllaba brevis, minus saepe in primo, tertio, quinto senarii pede ponere debuit.

Sed fere contrarium tabulam nostram inspicientes observamus. Nam ter quadragies correptionem Atticam ancipiti loco adhibitam cernimus. Etiam hoc demonstrare videtur poetam in producendo aut in corripiendo certam rationem secutum esse nullam.

Haec erant quae de Luciani re metrica mihi dicenda viderentur.

Sententiae controversae.

I.

Luciani Tragodopodagra et Ocypus **unum** libellum efficiunt.

II.

Lucian. Tragod. 174 legendum est:

Ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς ***Κυῤῥάνης***.

III.

Errant qui Euricium Cordum scholae Wetteranae discipulum fuisse contendant.

Vita.

Natus sum Fridericus Friedrichsmeier Siebenhofensis Idibus Iuliis anni h. s. LXII patre Friderico, quem praematura morte ereptum iam per tres annos lugeo, matre Friderica, e gente Uhmeyer, quam superstitem summo amore veneror. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis domestica institutione imbutus puer decem annorum receptus sum in gymnasium Lemgoviense, cuius director tunc erat Conr. Steussloff. Vere anni h. s. LXXXII maturitatis testimonio instructus, ut studiis philologicis me dederem, deinceps petivi Academias Tubingensem, ubi simul annum militarem peregi, Berolinensem, Kiliensem. Docuerunt me viri doctissimi: Flach, Herzog, de Koestlin, Rohde, Strauch Tubingenses; Deussen, Huebner, Kirchhoff, Paulsen, Runze, Scherer †, Weiss Berolinenses; Blass, Forchhammer, Foerster, Glogau, Krohn †, Kruemmel, Pietsch, Vogt Kilienses. Kiliae per quattuor annos commoratus sodalis fui proseminarii philologici per ter sex menses, seminarii philologici per quinque semenstria; praeterea interfui exercitationibus philosophicis quas instituit Glogau per quattuor, theodiscis quibus praeerat Vogt, per duo semenstria. Quibus praeceptoribus omnibus gratias ago quam maximas, praecipue vero me sibi devinxit R. Foerster, qui summa comitate studiis meis favit et imprimis me hanc de Luciani re metrica quaestionem instituentem incitavit, adiuvit, auxit.

Mense h. a. Octobri ut admitterer ad munera in bibliotheca, quae est ordinum Hassiacorum, Cassellana, contigit ad petitionem descendenti suffragantibus viris egregiis, bibliothecariis Eduardo Lohmeyer et Hugone Brunner. Cassellis ad hunc diem commoror.

GI 23.334
De Luciani re metrica.
Widener Library 005526830
3 2044 085 137 693